Trent University Library

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

XVII 2.v

DE GENERATIONE ANIMALIUM

Translatio Guillelmi de Moerbeka

EDIDIT

H. J. DROSSAART LULOFS

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER
1966

NUNC COGNOSCO EX PARTE

TRENT UNIVERSITY
LIBRARY

JAN 24 1980

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

EDITIONI CURANDAE PRAESIDET

L. MINIO-PALUELLO

XVII 2.v

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER
1966

ARISTOTELES LATINUS

XVII 2.v

DE GENERATIONE ANIMALIUM

Translatio Guillelmi de Moerbeka

EDIDIT

H. J. DROSSAART LULOFS

BRUGES-PARIS

DESCLÉE DE BROUWER

1966

P.4 3905 .A3 '95 v. 17

Beneficio obligati sumus Academiae Britannicae quae ad hoc volumen edendum pecuniis opitulata sit, et optimo amico v. d. J. H. Waszink qui pro nobis benevolo animo opus editoris, praecipue quod ad praefationem attinet, inspexerit. — L. M.-P.

TABULA

PRAEFATIO VII

1. De ordine librorum qui ' Corpus De Animalibus ' constituunt IX
2. De textus memoria codicibus servata XIII
3. De prima parte versionis ' Antonianae ' in codice iterata XVI
4. De translatione a Guillelmo bis edita XIX
5. De codicibus graecis a Guillelmo adhibitis XXIII
6. De rationibus inter codices versionem latinam exhibentes intercendentibus XXV
7. De apparatu critico XXXI

TRANSLATIO GUILLELMI 1

INDICES 181

I. Index verborum latino-graecus 183
II. Index verborum graeco-latinus 240

110961

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/aristoteleslatin0017aris

PRAEFATIO

PRAEFATIO

1. De ordine librorum qui ' Corpus De Animalibus ' constituunt [1].

Inde a saeculo tertio decimo exeunte viginti et unius librorum Aristotelicorum De Animalibus versiones latinae, e graeca, non ex arabica lingua, in certum ordinem redactae inveniuntur, qui plerumque est hic :

Historiae Animalium libri decem
De Progressu Animalium
De Motu Animalium
De Partibus Animalium libri quattuor
De Generatione Animalium libri quinque.

Ubi, quando, cuius opera primum ita collocatae sint, adhuc ignotum est, sed mea quidem sententia dubitari nequit quin librarius quidam, collectionem illam pervulgatam undeviginti librorum De Animalibus (Historiae, De Partibus, De Generatione) imitatus, quam saeculo eodem ineunte Michael Scotus ex arabico in latinum converterat, eosdem libros e graeca iam lingua translatos in unum corpus redegerit [2], insertis tamen versionibus

---

[1] Quamvis hoc caput, quod ad seriem atque ordinem librorum omnium Aristotelicorum De Animalibus, quos Michael Scotus ex sermone arabico, Guillelmus de Moerbeka e graeco in latinum converterunt pertinet, suum locum ante editionem textus librorum Historiae Animalium habere videatur, tamen hic potius ei locum dedi, cum talis ordinatio ad rem meam alicui usui sit neque sperem volumen illud una cum hoc prodi posse.

[2] In quibusdam codicibus translationes arabico-latinae et graeco-latinae aliquo modo intermixtae sunt. Cf. notulam (ab ipso librario scriptam) in fine codicis Sancti Marini, bibl. Huntington. H.M.1035 (saeculi XIII$^{ex.}$) fol. 229^{v} positam : (textus Scoti) « intitulatus est et distinctus secundum novam translacionem ». Codicis imagines lucis ope depictas inspexi, e quibus apparuit in eo rubricas quidem aliquot e Guillelmi translatione sumptas inveniri, textum vero Scoti intactum esse. Vide etiam *Aristotelem Latinum, Codices* I, num. 19. — In codice Cusano, bibl. Hospitalis 205 saeculi XIV$^{in.}$ (*Arist. Lat.* I, num. 843), quem ipse inspexi, tota fere translatio Guillelmi recentiore manu — ipsius Nicolai Cusani, ut opinor — inter lineas translationis Scoti scripta est.

separatis libellorum De Progressu et De Motu, qui auctoribus orientalibus ignoti fuisse videntur [3]. Utcumque res se habet, satis constat in id corpus graeco-latinum translationes natura atque origine longe diversas confluxisse [4].

Primo loco memorandus est ingens numerus codicum qui, ceteris libris De Animalibus omissis, libellos De Progressu et De Motu, sive ambos, sive eorum alterutrum, exhibeant ; qui libelli, ut in exemplaribus graecis fieri solet, aut inter Parva Naturalia, aut inter alia omnis generis opuscula interpositi sunt. Itaque veri simile est eos primo una cum opusculis in graecis exemplaribus proxime positis in latinum conversos esse, postea vero ceteris De Animalibus libris insertos. Etenim viri harum rerum peritissimi iamdudum, non sine causa, ut mihi quidem videtur, suspicati sunt initio corpus graeco-latinum De Animalibus, perinde atque exemplum arabico-latinum, ex undeviginti libris tantum constitutum extitisse, cuius rei haec fere argumenta afferri possunt [5] :

a) initio codicis Erfordiensis Amplon. Fol. 36 haec rubrica legitur : « Item decem et novem libri de animalibus secundum novam translacionem bene distincti et correcti », quae rubrica, etiamsi aliunde sumpta videtur — codex enim viginti et unum libros continet — tamen genuina est existimanda [6] ;

b) in codice Vaticano lat. 2093 (fol. 1^{r}) haec notula in margine ad textum Alberti Magni De Animalibus adscripta est : « Nova

---

[3] Cf. Averroes, *Commentarium magnum in De Anima*, p. 524.59 ss., Crawford : « Et ipse [scil. Aristoteles] locutus fuit de hoc in tractatu quem fecit De motu animalium, sed iste tractatus non venit ad nos, sed quod transferebatur ad nos fuit modicum de abbreviatione Nicolai [scil. Damasceni] », unde patet translationem arabicam illo tempore saltem in Andalusia non extitisse. Vide M. Bouyges S. J., *Sur le* de Plantis *d'Aristote-Nicolas à propos d'un manuscrit arabe de Constantinople*, ' Mélanges de l'Université Saint-Joseph ', Beyrouth, ix. 2, 1923, p. 88 [114].

[4] Vide M. Grabmann, *Guglielmo di Moerbeke O. P. il traduttore delle opere di Aristotele*, Roma 1946, pp. 119-127, qui novissimus testimonia ad libros De Animalibus pertinentia collegit deque eis disputavit.

[5] Cf. G. Lacombe etc., *Aristoteles Latinus, Codices* I, p. 82, et M. Grabmann, *loc. cit.*

[6] Vide W. Schum, *Beschreibendes Verzeichniss der amplonianischen Handschriften-Sammlung zu Erfurt*, Berlin 1887, pp. 29 ss. [descriptio huius codicis in *Arist. Lat.* I, num. 872, minus correcta est] ; possessor quidam in extremo opere (fol. 160^{v}) scripsit : « Viginti unus [*corr.* uni] libri. philosophi. de animalibus. parisius pro [*erasum*] ...one emptus est ».

translacio libri de animalibus continet libros 19 et habet tres partes principales que vocantur de historiis animalium et continet X libros primos ; secunda que vocatur de partibus animalium et continet libros sequentes, scilicet 11, 12, 13, 14 ; tertia que vocatur de generatione animalium continet libros 5 sequentes post 14, scilicet 15, 16, 17, 18, 19 ».

c) in codice Patavino Antoniano XVII, 370, saeculi XIII-XIV, de quo mox fusius agendum erit, Historiae libri decem desunt ; libri quattuor De Partibus et quinque De Generatione numeris XI-XIX in summis paginis designantur. Praeterea libelli De Longitudine et De Iuventute in eo codice numeros XX et XXI obtinuerunt. Quod librarius a numero undecimo libellos designare coeperit, perspicuum est eum quoquo modo cognovisse quot libros id corpus contineret, ignorasse vero non solum eorum textum, sed etiam eorum titulos ordinemque [7].

d) in codice Vaticano Borgh. 134, saeculi XIV$^{in.}$, qui Historiam Animalium non exhibet [8], ceteri libri non solito ordine positi apparent [9], seu casu, seu quod in exemplari quo scriba usus est nondum in certum ordinem redacti essent.

---

[7] Libelli De Motu et De Progressu non desunt, nam primus eorum adhuc extat, alter, ut index titulorum (fol. 1^{r}) docet, in codice nondum mutilato continebatur. Sed codex, licet ab uno librario exaratus sit, certo ex exemplaribus variis et diversis descriptus est, ita ut translationum ordinatio ex omni parte fortuita esse putanda sit. Vide infra adnot. 20.

[8] Sunt codices aliquot incompleti vel mutili, ut Toletanus, bibl. Capituli 47.10, qui ex abrupto in medio libro X desinit (*Arist. Lat. Cod.* II, num. 1231. De huius codicis praestantissimi origine et auctoritate cf. L. Minio-Paluello, Aristotelis *De Arte Poetica Guill. de Moerb. interprete* [*Arist. Lat.* vol. XXXIII], pp. VIII s., et imprimis adnot. 9) ; Oxoniensis, bibl. Coll. Balliol. 250 (cf. R.A.B. Mynors, *Catalogue of the MSS of Balliol College*, Oxford 1963, p. 274) ; Cantabrigiensis, bibl. Domi Petri 121 ; Parisinus, bibl. nation. lat. 6302, etc. (Vide infra adnot. 12). Translationem librorum De Partibus solam exhibet Florentinus bibl. Laurent., S. Cruc. XIII sin. 9 [*Arist. Lat.* II, num. 1370], librorum De Generatione solam Brixiensis, bibl. commun. Querin. C. II.15 [*Arist. Lat.* II, num. 1288].

[9] Hi libri hac serie habentur : 1. De Partibus, 2. De Coloribus, 3. De Generatione, 4. De Motu, 5. De Progressu. De hoc codice vide *Arist. Lat.* II, num. 1735, et Anneliese Mayer, *Codices Burghesiani Bibliothecae Vaticani*, 1952, pp. 177 ss. — S. D. Wingate, *The Mediaeval Latin Versions of the Aristotelian Scientific Corpus, with Special Reference to the Biological Works*, London 1931, p. 88, monet in catalogo quodam antiquo bibliothecae Collegii Sorbonensis [vide L. Delisle, *Cabinet des Manuscrits* III, Paris 1881, p. 56] codicem memorari in quo extarent : « in uno volumine... de motu animalium, de partibus animalium libri quatuor, de generatione animalium libri quinque de nova translatione ex

e) in codice Vaticano lat. 2095 eiusdem fere aetatis deest liber De Motu, nescio an casu vel quod in exemplari, quod librarius describendum susceperat, corpus, ut ita dicam, in statu nascendi nec iam amplius completum esset.

f) in codice Sancti Marini [10] denique — qui Scoti translationem rubricis Guillelmi versionis adiectis integram praebet — in fine notatum est (fol. 229^{v}) : ...« sunt in hoc volumine 18 [!] libri, X de hystoriis animalium, 3 [!] de partibus animalium et V de generatione animalium : VII^{mus} [*an corrigendum* XI^{mus} *?*] de progressu animalium hic deficit cum quo essent XIX ». Ex ea notula satis confusa [11] patet tamen glossatorem librum De Motu non novisse [12].

Quod iam ad opera maiora attinet — Historiam et libros De Partibus et De Generatione dico — certum est ea origine longe diversa esse :

a) nondum compertum est utrum Historiae Animalium libri plus semel ex graeco latine versi sint necne. Cum vero alia translatio graeco-latina sive totius operis sive cuiuslibet partis [13] nusquam reperta sit, optime fieri potuit, ut Guillelmus opus illud permagnum nullo intermedio adhibito ipse latine verteret.

---

legato magistri G. de Abbatisvilla » [† 1271]. Testimonium nihil vel parum valet : videtur enim pars prior codicis nunc deperditi iam antea periisse.

[10] De hoc codice vide supra adnot. 2.

[11] Notandum quidem est Corpus arabico-latinum De Animalibus in codicibus manu scriptis non semper eodem modo in libros distributum esse.

[12] Quod vero liber De Motu in codicibus Oxoniensibus bibl. Coll. Merton. 270 et 271 desit, libelli De Progressu et De Motu in codicibus Mediolanensi bibl. Ambros. D. 324 inf., Vaticano Palat. 1068, et in quibusdam aliis, nullius momenti putandum est, cum recentiores sint et textum deteriorem praebeant, de quo vide infra p. XXVI.

[13] Quaestio de fide translationis libri decimi, quam Guillelmo abrogavit G. RUDBERG (*Zum sogenannten zehnten Buche der aristotelischen Tiergeschichte*, in ' Skrifter utgivna af Humanistika Vetenskaps-Samfundet i Uppsala ' XIII.6. 1911), ad hanc rem non pertinet. Notatu dignum est in codicibus aliquot iisdem fere temporibus (saec. XIII-XIV) exaratis librum decimum sive omissum (ut puta in Basileensi, bibl. univers. F. II.17), sive ab alio librario additum (ut in Lipsiensi, bibl. univers. 1428), sive etiam eadem manu sed loco alieno scriptum esse (ut in Lipsiensi, bibl. univers. 1430 et Parisino, bibl. nation. lat. 14724). Sed cum idem liber, quamvis incompletus, in codice Toletano, bibl. capit. 47.10, circa annum MCCLXXX exarato (cf. supra adnot. 8) inveniatur, talia parvi pendenda sunt omnia. Vide WINGATE, *op. cit.*, pp. 88 s.

b) in codice Patavino Anton. XVII, 370 Aetius Franceschini [14] invenit translationem anonymam librorum De Partibus. Nimis caute se nescire dicit utrum Guillelmus hac translatione usus sit, id quod mihi non dubium esse videtur. Veri simile ergo est translationem Moerbekianam eius operis nihil aliud esse quam versionem retractatam.

c) Idem vir doctus Franceschini non perspexit etiam librorum De Generatione Animalium translationem, quae in eodem codice invenitur, differre a versione vulgata [15]. Eius tamen incuria venia digna est quam maxima, nam ut translatio ' Antoniana ' librorum De Partibus aperte et frequenter a translatione retractata differre solet, ita rarae et primo quidem aspectu minus manifestae differentiae in eis librorum De Generatione translationibus inveniuntur.

Deinde cum utriusque translationis, ' Antonianae ' dico et vulgatae, sermonis consuetudines perquam similes inter se sint, praesertim quod ad vocabula maxime usitata attinet, veri simile videtur et hanc et illam eundem auctorem habuisse. Cum postremo talis verborum usus a consuetudine Guillelmi minime abhorreat, fieri potuit, ut translationis Moerbekianae duae editiones extarent. Qua de re infra disputabitur.

2. De textus memoria codicibus servata.

Duodequadraginta codices manu scripti, quibus librorum De Generatione Animalium versio latina servata est, descripti sunt in Aristotelis Latini voluminibus I et II et in Supplementis Alteris.

Uniuscuiusque codicis descriptioni numerum uncis quadratis inclusum adieci, et quidem eum numerum, quo signatus est in recensione magna A[ristotelis] L[atini] librorum. Signum [(1)] superpositum volumen prius indicat, [(2)] secundum, [(s)] Supplementa Altera.

---

[14] Vide E. Franceschini, *Le traduzione latine aristoteliche e pseudaristoteliche del codice Antoniano XVII 370* (' Aevum ' IX, 1935), pp. 15-21.

[15] Dicit quidem auctor (p. 16 adnot. 1) : « Tuttavia del *De Partibus animalium* esiste nel cod. antoniano che sto illustrando una traduzione diversa che a me pare più antica di quella moerbekana ; e nello stesso codice alcune glosse fanno forse pensare all'esistenza di un'altra versione anche per il *De generatione animalium* ». Nihil vero hinc petendum est, quia notae in marginibus additae plerumque ad translationem Scoti referunt. Cf. ibid. p. 19 et infra adnot. 25.

Siglis ex binis litteris compositis, ut *Ap*, *Vb*, etc., in margine adiectis eos codices indicavi quibus ad ipsius auctoris textum recuperandum usus sum, cruce † eos quos integros contuli. En iam eorum elenchum :

1. Basileensis, bibliothecae universitatis, F.II.7 : saec. XIII$^{ex.}$ [A.L.^{2} 1140]
2. Brugensis, bibliothecae publicae 476 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{1,s} 155]
3. Brixianus, bibliothecae communalis Querinianae, C.II.15 : saec. XIV [A.L.^{2} 1288]
4. Caesenas, bibliothecae Malatestianae, plut. VII sin. 2 : saec. XV. [A.L.^{2} 1295]

† *Ce* 5. Caesenas, bibliothecae Malatestianae, plut. VII sin. 3 : saec. XIII [16] [A.L.^{2} 1296]

6. Caesenas, bibliothecae Malatestianae, plut. XXIV sin. 4 : saec. XIII$^{ex.}$ [A.L.^{2} 1305]
7. Cameracensis, bibliothecae municipalis, 897 : saec. XIII-XIV [A.L.^{1,s} 458]
8. Cameracensis, bibliothecae municipalis, 908 : saec. XIII-XIV [A.L.^{1} 459]
9. Carolopolitanus, bibliothecae municipalis, 188 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{1} 467]
10. Cusanus, bibliothecae Hospitalis S. Nicolai, 205 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{1} 843]
11. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 26 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{1} 862]
12. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 28 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{1} 864]

† 13. Erfordiensis, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 36 : saec. XIII$^{ex.}$ [A.L.^{1} 872]

† *Fa* 14. Florentinus, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Leop. Med. Fesul. 168 : saec. XIV [A.L.^{2} 1348]

15. Lipsiensis, bibliothecae universitatis, 1428 : saec. XIII$^{ex.}$ [A.L.^{1} 987]

† 16. Lipsiensis, bibliothecae universitatis, 1430 : saec. XIII$^{ex.}$ [A.L.^{1} 989]

17. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, D. 116. Sup. : saec. XIV [A.L.^{2} 1439]
18. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, D. 324. Inf. : saec. XVI [A.L.^{2} 1440]

---

[16] In hoc codice abundant glossae, correctiones, emendationes, denique notae quibus legentes ad « aliam translationem » reiciuntur [corrigendum igitur est quod in *Arist. Lat.* de hoc codice scriptum legitur : « in marginibus et interlineis glossae nullae »], quae diversis — ni fallor minimum quinque — manibus scriptae sunt. Vocabula quae sunt « Alia translatio », ut in talibus fieri solet, Scoti versionem designare solent ; cetera, ut incerta origine, ad rem criticam nihil aut parum valere videntur.

† 19. MEDIOLANENSIS, bibliothecae Ambrosianae, Z. 252. Inf. : saec. XIII-XIV, cum commentario anonymo [17]. Desinit mutilus in libro IV, (777a10 = **150**.25 huius editionis) [A.L.^{2} 1459]

20. MONTEPESSULANUS, bibliothecae facultatis medicinae, 44 : saec. XIV [A.L.^{1} 494]

21. OXONIENSIS, bibliothecae Bodleianae, Canon. misc. 418 : saec. XV$^{in.}$ [A.L.^{1} 331]

22. OXONIENSIS, bibliothecae Collegii Balliolensis, 245 : saec. XV [A.L.^{1} 353]

23. OXONIENSIS, bibliothecae Collegii Mertonensis, 270 : saec. XIV [A.L.^{1} 366]

† 24. OXONIENSIS, bibliothecae Collegii Mertonensis, 271 : saec. XIV [A.L.^{1} 367]

25. PARISINUS, bibliothecae Mazarinae 3465 : saec. XIV. [A.L.^{1} 528]

26. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 14.724 : saec. XIII-XIV [A.L.^{1,s} 645]

27. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16.163 : saec. XIV [A.L.^{1} 685]

28. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16.164 : saec. XIV [A.L.^{1} 686]

29. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16.165 : saec. XIV [A.L.^{1} 687]

† *Ap ap* 30. PATAVINUS, bibliothecae Antonianae, XVII.370 : saec. XIII-XIV [A.L.^{2,s} 1503]

31. UPSALENSIS, bibliothecae universitatis, C. 598 : saec. XIV. Deest finis post 787b1 (= **175**.5) [A.L.^{s} 2180]

† *Bv* 32. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. lat. 134 : saec. XIV$^{in.}$ [A.L.^{2,s} 1735]

33. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 1068 : saec. XIV [A.L.^{2} 1794]

---

[17] Commentarius, vel potius summarium, ignoto auctore (superscriptio enim deest et textus mutilus desinit in medio libro quarto) rem criticam nullo modo adiuvare potest. Exemplum ut praebeam paginam primam huius textus (fol. 216^{r}) [ad 715a1 = **3**.4 huius editionis] hic adducem : « QUONIAM AUTEM DE ALIIS PARTIBUS DICTUM EST. Postquam determinauit philosophus de partibus animalium. incipit determinare de generacione ipsorum. Et primo utitur transitu in quo continuat dicta dictis. 2° exequitur ibi ANIMALIUM ITAQUE [= a18 (**3**.21)] secundo capitulo. ¶ In prima parte dicit quod quia dictum est de partibus animalium secundum unumquodque genus propter quam causam est unaqueque. Dico autem causam finalem scilicet et formam et materiam et efficientem que est habendum principium. forma siue ratio et finis idem sunt. Materia autem animalium sunt partes eorum. totius quidem animalis partes anomiomere. anomiomerarum autem omiomere. omiomerarum elementa. et de hiis dictum est. Remanet ergo nobis dicere de partibus que faciunt ad generacionem. de quibus nondum determinatum est. De causa enim mouente que est principium motus in generacione et de ipsa generacione idem est intendere. et quia in idem est coniunctus sermo istorum. ¶ De partibus igitur que sunt ad generacionem et de principio generacionis ordo consequens est dicere ».

34. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Regin. lat. 908 : saec. XIII-XIV [A.L.^{2,s} 1797]

35. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Urbin. lat. 205 : saec. XVI$^{ex.}$ [A.L.^{2} 1809]

† *Vb* 36. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2095 : saec. XIII-XIV [A.L.^{2,s} 1850]

37. Vaticanus, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2993 : saec. XIV [A.L.^{2,s} 1880]

38. Vindocinensis, bibliothecae municipalis. 111 : saec. XIV [A.L.^{1,s} 781]

Codicem Caesenatem (= *Ce*, supra num. 5) benevolentia eius bibliothecae antistitum Hagae Comitis inspicere potui ; librum Cusanum (num. 10) in ipsa bibliotheca Hospitalis S. Nicolai inspexi. Ceteros omnes ex imaginibus lucis ope depictis cognovi.

3. De prima parte versionis 'Antonianae' in codice iterata.

Non sine gravi causa primum de codice Patavino Antoniano XVII.370 *(Ap, ap)* agam, cum is liber non solum editionis pristinae e Guillelmo compositae [Γ^1] testis gravissimus sit [18], verum etiam insolito modo in extrema sui parte (fol. 157^{r}-160^{r}) initium primi libri De Generatione qui hic prius fol. 117^{v}-121^{v} invenitur, variis opusculis interiectis [19], iterum exhibeat. Duae ergo recensiones eiusdem partis (I.1, 715a1 — 8, 724a26 = pp. **3**.4-**24**.11 huius editionis) in eodem codice extant, quae, etsi ab uno librario exaratae sunt et quin e pari similique fonte manent dubitari nequit, tamen nullo modo ex eodem exemplari descriptae sint [20]. Duobus enim potissimum modis differt recensio prior

[18] Vestigia quidem istius pristinae editionis hic illic dispersa per alios codices — imprimis per codicem Vaticanum lat. 2095 (*Vb*) — inveniuntur. Vide infra, pp. XXVIII ss.

[19] De totius codicis summa vide commentationem Aetii Franceschini, supra laudatam in adnot. 14 ; Arist. Lat. II, num. 1503 ; supra adnot. 7.

[20] Hoc iam dixerat Franceschini, *op. cit.*, p. 22 : « Si tratta quindi di un doppione : copiato però da un codice diverso, perchè in alcuni punti presenta lezioni migliori di quelle del testo che è ai ff. 117^{v}-121^{v} ». Notatu digna est mixtura textuum variorum et diversorum in hoc codice. Solus enim habet non modo paene omnes translationes a Bartholomeo de Messana confectas (versionibus Magnorum Moralium et libri De Coloribus exceptis), sed etiam, praeter aliquot libros De Animalibus, *veterem* translationem librorum De Iuventute De Respiratione De Morte, et *novam* De Longitudine.

(fol. 117^{v}-121^{v}), quam siglo *ap* indicavi, ab altera et posteriore, quam *Ap* nominavi (fol. 157^{r}-160^{r}) :

recensio prior *(ap)* multo mendosior est quam altera, ut paucis exemplis adhibitis demonstrari potest (lectionem bonam, quae in *Ap* invenitur ante quadratum uncum, mendosam in *ap* extantem post uncum posui) [21] :

3.4 (*huius editionis*) partibus dictum est] dictum est partibus 14 reliquum] relinqui 21 quidem] qui 22 generibus] generationibus **4**.5 coeuntibus] *om.* 9 quidem] quidam 10 sed] *om.* 11 enim] illis quidem] qui 12 malakostrakois] malakostrabitis 13 horum] *om.* 18 entomorum] emptomorum 21 oportebat] portabat 23 anomia] dissimilia [= Γ^{2}] *in rasura* **5**.1 generis] + fiunt ferunt] faciunt 2 ficum] fiscum erineum] erineam 3 est] et est ;

altero modo distat *ap* ab *Ap* quod in *ap* summaria capitulorum quattuordecim a librario suis locis praemissa sunt, cum e contra in *Ap* semper alia manu in marginibus adscripta legantur. Quarum inscriptionum prima est haec :

« Liber inde [?] XV^{us} incipit in quo reddit causas in membris animalium prout ordinantur ad generationem, tanquam in principiis generationis intrinsecis generantibus fetum, ut in spermate et sanguine menstruo. Cuius 24 sunt capitula. Cap. primum, et est prohemium.

Simili denique modo interpretationis subsidia quaedam in *ap* textui interposita sunt, in *Ap* eidem superscripta. Verbum ' est ', ut exemplum pervulgatum afferam, additum est post haec verba :

6.1, **13**.16, **14**.23 necessarium **11**.4 et hoc 16 necesse **13**.5 omnibus 7 lesibilis 22 nata *etc.*

Haec diversitas inter recensiones *ap* et *Ap* nulla ratione explicari posse videtur, nisi librarium capita illa ex duobus inter se diversis codicibus eiusdem editionis descripsisse sumpserimus [22]. Textus enim reliquae partis operis (I.8-V.8 = fol. 122^{r}-144^{v}), ut in recensione altera *(Ap)*, graviter quidem corruptus

[21] Cum vitia unius libri in apparatum criticum non receperim, variae lectiones mendosae recensionis *ap* et additiones eius non nisi rarissime laudantur. Cf. infra, p. XXXI.

[22] Cf. supra adnot. 7 et 20. Reliqua pars operis [I.8-V.8 = fol. 122^{r}-144^{v}] priorem recensionem (*ap*), quae in extremo folio 121^{v} abrupte desinit, ne signo quidem interposito, continuo sequitur.

est, non tamen, ut in *ap*, prorsus depravatus. Series quidem subsidiorum ad textum intelligendum additorum aliquantulum continuatur [23], sed notulae hic semper supra lineas adscriptae sunt, ut in recensione *Ap*, non ipsi textui insertae, ut in *ap*. Summaria vero capitulorum, quae in priore recensione textui inserta, in altera ab aliena manu in margine adscripta sunt, prorsus desunt in reliqua parte [24].

Quae cum ita sint, opinari licebit secundam maioremque partem operis ex eodem fonte manasse ac prioris partis recensionem alteram *(Ap)* ; et cum non solum in recensione *ap*, verum etiam in translatione librorum De Partibus, quae eam recensionem praecedit, summaria capitulorum pari modo textui interposita sint, veri simile est et libros De Partibus et recensionem *ap* — initium videlicet primi libri De Generatione — ex eodem exemplari descriptos esse. Itaque conicere ausim librarium nostrum ex exemplari quodam imperfecto prius librorum De Partibus versionem 'Antonianam', deinde quantum in eo extabat eiusdem translationis libri primi De Generatione descripsisse, tum vero necessitate coactum alterum exemplar ad reliqua transcribenda adhibuisse, officio denique perfunctum partem priorem ex altero atque meliore exemplari denuo transcripsisse [25].

Quomodo id factum esse existimem hac figura illustrari potest :



[23] ut puta : 28.22 idem] + est ; 34.12 divinum] + est, *etc.*

[24] Non recte asserit Franceschini, *op. cit.*, p. 18, singulis libris De Generatione praemissas esse « rubriche riassuntive » : re vera enim libri II-V ne titulos quidem prae se ferunt.

[25] Nihil ad hanc rem pertinent glossae aliquot in margine prioris recensionis (*ap*) adscriptae : *ad* 715b1 (4.12) malakiois, *glossa* : « in alia translatio est mollis teste » (= *transl. Scoti*) ; *ad* b17 (4.28) viventia per hoc quod adnata sunt, *glossa* : « lapidibus suple » (*cf. transl. Scoti* : ea que vivunt applicata lapidibus);

4. De translatione a Guillelmo bis edita.

Translatio quae in codice Patavino Antoniano *(Ap, ap)* continetur, a versione vulgata [= Γ^2] adeo distat, ut duplicem translationis editionem extitisse certum esse videatur. Quod enim ad verborum usum attinet, manifestum est editionem ' Antonianam ' multifariam ab editione secunda distare, id quod monstrant haec exempla :

	ed. ' Antoniana '	*ed. secunda*
716a12(**5**.18) *ἀπόκρισιν*	distinctionem	segregationem
716b29(**7**.8) *ἀπηρτημένους*	amotos	seiunctos
717b19(**9**.1) *σύντασις*	simul tensio	contractio
718b24(**11**.18) *πρὸ ὁδοῦ*	cicius	in promptu
720a30(**15**.8) *τὸ συνεχές*	continuitatem	continentiam
720b17(**16**.2) *διαπτύττοντα τὰς πλεκτάνας*	sputum imponentia [!] plectanis	complectentia plectanas ad plectanas
722b17(**19**.2-3) *ὅταν γεννῶσιν*	quando generant	cum genita fuerint
723a13,14(**21**.21) *τὸ προσελθὸν*	quod advenit	quod provenit
723a25(**22**.1) *τελέθουσι*	perficiunt	existunt

Deinde haud raro in editione ' Antoniana ' vocabula graeca — litteris graecis quomodocumque reddita vel litteris latinis rescripta — leguntur, quae in editione secunda plerumque latine versa sunt, ut puta :

	ed. ' Antoniana '	*ed. altera*
716b24(**7**.4) *σαῦραι* (*var. lect.*)	saure	lacerte
717b30(**9**.12) *τὰ πρανῆ*	prana	dorsalia
718b32(**11**.26) *ἔχεις*	*εχεις*	vipere
719a18(**12**.20) *δυστοκίαν*	*δυστοκιαν*	difficilem partum
720b26(**16**.11) *θορὸν*	thoron	semen

Ex ipsa vocabulorum graecorum frequentia mea quidem sententia coniectare licet editionem ' Antonianam ' vetustiorem esse ; accedit quod in editione secunda verborum quorundam immutatione translatio semper fere melior facta est. Nihilominus dubitari non potest quin et editio pristina [Γ^1] et rectractatio [Γ^2] eundem auctorem habeant. Sunt enim quaedam particulae et

---

ad 716a4-7 (5.11-14) Quemadmodum enim — ut materie, *glossa* : « alia translatio : et sicut diximus superius generatio animalium habet principium motus, scilicet marem et femellam » (= *transl. Scoti*), etc.

vocabula usitatissima graeca, quae in utraque editione semper eundem in modum vertuntur (numeri uncis inclusi indicant quotiens ea vocabula in primo libro inveniantur) :

γάρ = enim (224) δέ = autem (421), et (2) δή = itaque (7), utique (3) δῆλον = palam (16) διό = propter quod (21) ἐπεί = quoniam (16) ἔτι = adhuc (35) ἤ = aut (55), vel (1) μέν = quidem (179), *interdum omittitur* ὅταν = cum (16), quando (4) ὅτι = quia (23), quod (26) οὖν = igitur (24) οὕτως = sic (22) τοιοῦτος = talis (47) ὥστε (*cum indic.*) = itaque (8), quare (5), ut (1) ; (*cum infin.*) quare (5), ut (14).

Maximi momenti putandum est duas has editiones, quod saltem ad vocabula illa usitatissima attinet, quam saepissime inter se consentire. Cum praeterea ratio latine vertendi omnino cum Guillelmi consuetudine congruat [26], colligere licebit eum auctorem non solum pristinae versionis, verum etiam retractationis esse.

Pauca addenda sunt de vocabulo οἷον, quod in libris I-V verbis ' puta ' (16), ' ut puta ' (24), ' velut ' (46), ' ut ' (73), ' sicut ' (3), ' quasi ' (5) redditur [27]. In editione altera Guillelmus versionem pristinam, quod saltem ad haec verba attinet, nusquam fere attigit : semel tantum ' puta ' pro ' ut puta ' scripsit, semel ' puta ' pro ' ut ', semel ' velut ' pro ' ut '. Maxime vero notatu dignum est in aliis quoque translationibus huius vocabuli versionem minime fixam atque constantem esse. Nam in translatione primi libri Historiae Animalium invenimus : ' puta ' (45), ' ut puta ' (36), ' velut ' (8), ' ut ' (6) ; in primo libro Meteorologico-

[26] Particulae et ceterae voces usitatissimae eodem semper modo conversae indicant auctorem esse Guillelmum, ut plus quadraginta annis abhinc probavit F. Pelster S. J., qui primus de methodo ad has versiones recte iudicandas adhibenda fusius egit. Vide H. J. Drossaart Lulofs, *Aristotelis De Somno et Vigilia liber adiectis veteribus translationibus...*, Lugd., Batav. 1943, pp. xi-xix ; L. Minio-Paluello, *Jacobus Veneticus Grecus, Canonist and Translator of Aristotle*, ' Traditio ' VIII, 1952, pp. 288-290 ; P. Michaud-Quantin, *Politica, translatio prior imperfecta...* [*Arist. Lat.* vol. XXIX.1], p. xiii. De quibusdam vocabulis quae librorum de Animalibus propria sunt, egit G. Rudberg, *Textstudien zur Tiergeschichte des Aristoteles*, Uppsala 1908 (editio libri primi tantum indice caret). Rationem vertendi Guillelmi denuo examinavit P. Thillet, *Alexandre d'Aphrodise De Fato ad Imperatores, version de Guillaume de Moerbeke*, Paris 1963, pp. 36-59, qui pp. 29-35 omnes libros a Guillelmo translatos eorumque editiones recentiores enumeravit.

[27] Vide L. Minio-Paluello, *Henri Aristippe, Guillaume de Moerbeke et les traductions latines médiévales des Météorologiques et du De Generatione et Corruptione*, ' Revue Philosophique de Louvain ', XLV 1947, p. 232.

rum : ' puta ' (4), ' velut ' (24), ' ut ' (1) ; in translatione priori Politicorum, quae mutila est et in medio libro primo desinit, extant : ' puta ' (31), ' ut puta ' (17), ' velut ' (6) ; in De Arte Poetica : ' puta ' (66), ' ut puta ' (1), ' velut ' (20) [28].

Cum vero quinque haec opera — quae, quod sciam, Guillelmus ipse e graeco nullo intermedio adhibito transtulit [29] — magnitudine multum inter se differant, cumque frequentia qua istis verbis utitur auctor magnopere variet, omnes numeros ad hanc quaestionem pertinentes ad centesimas partes (%) reduxi. Quaenam rationes inter versiones vocis *οἷον* in variis libris intercedant haec tabula illuminat :

	puta	ut puta	velut	ut	sicut	quasi
De Gen. An. I-V	10	14	27	44	2	3
Hist. Anim. I	47	39	8	6	—	—
Meteor. I	14	—	83	3	—	—
Polit. Imperf.	57	32	11	—	—	—
Poet.	76	1	23	—	—	—

Quamquam hi numeri in variis operibus tantopere inter se differunt, ut ex eis solis certo iudicari [30] non possit, quisnam ex istis libris prius quisve posterius compositus sit, tamen patet translationem librorum De Generatione non solum magna frequentia vocabuli ' ut ', sed etiam usu singulari vocabulorum quae sunt ' sicut ' et ' quasi ' ab omnibus aliis distare.

Mirari denique licet quomodo Guillelmus verba *οὐ μὴν ἀλλά* converterit. Ea in libris qui mihi innotuerunt per verba quae sunt ' sed tamen ' vel ' quin immo ' redduntur, in utraque

---

[28] Qua de re id ipsum verbum tot modis latine reddatur non liquet. Patet Guillelmum eloquendi varietatem plerumque non petere, ideoque exemplum quod sequitur perrarum est (Hist. An. 488b13 ss. ; p. VIII.5 ss. RUDBERG) : « hec quidem enim sunt mansueta et irascentia et non insistiva, VELUT bos, hec autem furiosa et insistiva et indisciplinabilia, VELUT porcus silvestris, hec autem prudentia et formidolosa, UT elephas, lepus, hec autem illiberalia et astuta, PUTA serpens, hec autem liberalia et virilia et eugenea, UT PUTA leo, hec autem generosa et indomita et insidiosa, PUTA lupus ».

[29] Versiones a Guillelmo nescio quomodo recognitas consulto neglexi, quoniam interpres noster in talibus rebus non nisi raro a superioribus dissedere solebat.

[30] L. MINIO-PALUELLO (*Guglielmo di Moerbeke traduttore della Poetica*, ' Rivista di Filosofia Neo-Scolastica ', XXXIX 1947, p. 11) dixit : « *οἷον* potrà forse servire ad appogiare qualche ipotesi sulla successione cronologica delle traduzione di Guglielmo ». Cui assertioni adversari nolim, dummodo alia quoque indicia inter se consonantia praesto sint.

editione librorum De Generatione vero minus apte per vocabula ' non solum sed et ' (3). Qua de causa diu credidi Guillelmum, utpote eo tempore quo libros De Generatione ex sermone graeco in latinum transferret in utraque lingua parum versatum, vocabulorum quorundam intellectu difficilium versionem quamlibet tentavisse. Hanc vero argumentationem infirmam esse apparuit. Nuperrime enim discipulus meus J. Zuijderduijn codicibus aliquot translationis primi libri Meteorologicorum collatis mihi probavit in ea translatione Moerbekiana, quae certo scite apteque facta est et multo peritius quam translatio librorum De Generatione, eadem verba *οὐ μὴν ἀλλά* non solum verbis usitatis quae sunt ' attamen ' (2) et ' quin immo ' (1) reddita esse, verum etiam istis vocabulis multo minus propriis quae sunt ' non solum sed et ' (3).

Nihilo minus a vero proximum mihi esse videtur Guillelmum, cum libris De Generatione latine vertendis operam daret, linguarum graecae et latinae nondum sufficienter peritum fuisse. Huic coniecturae favent multa observatu facilia, ut puta vocabula graeca in textum recepta, orthographia non raro incerta, totius denique translationis stilus simplicior et inornatus.

Quibusnam annis Guillelmus primo libros De Generatione verterit quibusque eos retractaverit, ignoramus ; cavendum enim est ne quid tribuamus notulae in fine codicis Caesenatis (*Ce*), fol. 166^{v} adpositae :

« Explicit liber de animalibus Aristotelis, cuius greca [?] translacio completa est anno gracie 1260. decima kalendas. januarij. tebis. »

Apparet enim sola verba quae sunt « Explicit liber de animalibus » ab ipso librario scripta, cetera vero a scriba nescioque addita esse, qui nimia diligentia notulam illam, quae in codice Florentino, bibl. Laurent. Leop. Med. Fesul. 168 *(Fa)*, libros De Partibus concludit [31], ad usum suum adaptaverit. Pro certo ergo habere possumus translationem librorum De Partibus, vel potius eorum versionem a Guillelmo retractatam, anno MCCLX completam esse, nescimus vero — quodcumque de ea re fabulantur viri

[31] In codice *Fa*, fol. 65^{v}, notula ab ipso librario scripta haec habet : « Explicit completa anno domini 1260. decimo kalendas januarii. Thebis. De partibus animalium liber explicit ».

docti diversi [32] — quo tempore ceteri libri De Animalibus latine versi sint.

5. De codicibus graecis a Guillelmo adhibitis.

Saepenumero diversitas, quae extat inter pristinam Guillelmi editionem [Γ^1] et retractationem vel ' editionem vulgatam ' [Γ^2], quam artissime congruit cum differentiis quae quorundam graecorum codicum propriae sunt [33]. Exempla ex permultis afferam pauca :

	Γ^1	Γ^2
715a30(**4**.11)	enim (*γάρ PSEO*^{c})	*om.* (*ZY*)
715b29(**5**.7)	*om.* (*PSb*)	ex terra (*ἐκ γῆς ZΞ*)
716a16(**5**.22)	putant (*νομίζουσιν PSbΞ*)	nominant (*ὀνομάζουσιν Z*)
717a31(**8**.12)	*om.* (*Sb*)	puta (*οἷον ZPΞ*)
717b30(**9**.12)	*om.* (*PSb*)	alia (*ἄλλα ZΞ*).

Ex his plane colligere licet Guillelmum altero exemplari graeco usum esse ad textum latine vertendum, altero vero ad retractandam versionem, nam iis locis quibus editiones textus latini inter se dissentiunt, cum graecarum lectionum varietate comparatis, perspicuum est pristinam editionem ex exemplari graeco secundae classis (*b*) pendere, eamque postea ope libri priorem classem contingentis — nunc *Z*, nunc *P*, aut versioni arabicae *Ξ* similis — retractatam esse. Longius hic progredi licet : nam cum librorum graecorum classis *b* ex tribus codicibus (*YEO*^{c}) consistat, ipsius exemplaris a translatore adhibiti indoles aliquantulo accuratius determinari potest : omnibus fere locis quibus hi codices in textu graeco inter se congruunt, Γ^1 eos assectatur, ubicumque vero inter se differunt, Γ^2 raro cum *Y* congruit, sed in priore parte

---

[32] Cf. M. Grabmann, *op. cit.*, pp. 121 ss. ; S. D. Wingate, *op. cit.*, p. 88. Facile crediderim translationem graeco-latinam librorum De Generatione ante annum 1264 exstitisse, sed de tempore quo utraque editio ad finem perducta sit prorsus nihil constat.

[33] De graecorum codicum inter se cognatione videas quaeso quae disputavi in praefatione ad ipsius textus graeci editionem (Aristotelis, *De Generatione Animalium*, recognovit... H. J. Drossaart Lulofs, Oxonii 1965), imprimis pp. XXIV ss. — Sigla codicum graecorum et versionis arabicae sunt haec : *Z* = cod. Oxoniensis Coll. Corp. Chr. 108 *P* = Vaticanus 1339 *S* = Laurentianus 81.1 *Y* = Vaticanus 261 *E* = Parisinus 1853 *O*^{c} = Riccardianus 13 *b* = YEO^c *Ξ* = versio arabica (sive eiusdem exemplar graecum).

(hoc est usque ad finem libri secundi) paulo frequentius cum O^c, in posteriore vero cum E. Ceterum, cum secundae classis codices graecos, qui hodie extent, non ante saeculum decimum quartum exaratos esse certum sit, sequitur exemplar ab ipso Guillelmo adhibitum nunc periisse, editionemque pristinam, circa saeculum decimum tertium medium confectam, libros graecos saeculo minime anteire. Eo magis doleamus oportet quod multum abest ut editionis Γ^1 forma integra servata sit. Nam, ut omittam menda et corruptelas et lapsus, ut dicunt, calami, quos librarius codicis Ap plus quam fas est peccare solebat, ne ipsa quidem editio intacta servata esse videtur, sed haud raro variis modis contaminata. Exempli gratia locos aliquot afferam (ubi LITTERIS MAIUSCULIS indicavi vocabula ex editione altera interpolata) :

718a23(**10**.13) *ἀγονώτεροι*] minus enim procreativi Γ^2 : minus enim prolis PROCREATIVI Ap
718b26(**11**.21) *τὸ πέρας*] terminus Γ^2 : finis TERMINUS Ap (*vide infra adnot. 38*)
719a18(**12**.20) *ἀνάγκη δυστοκίαν εἶναι*] necesse difficilem partum esse Γ^2 : necesse *δυστοκιαν* DIFFICILEM PARTEM esse Ap
726b18(**30**.3) *ἔχει τινὰ δύναμιν*] habet quandam virtutem Γ^2 : habet aliquam virtutem QUANDAM Ap.

Postremo non solum dubitari prorsus nequit quin lectiones editionis retractae in codice Ap plus semel textui intermixtae sint, verum etiam — id quod gravius putandum est — non abest suspicio quin ipsa pristinae editionis verba interdum eliminata sint. Extant enim vocabula quaedam utrique editioni communia, quae cum codice Z tanto congruant quanto a codicibus graecis classis b dissentiant. Quorum exempla sint haec :

715a14(**3**.16) quod principium : *τίς ἀρχὴ ZΞ* (*τίς αὕτη cett.*)
716a29(**6**.5) femininum ipsum : *αὐτὸ θῆλυ Z* (*θῆλυ τὸ αὐτὸ cett.*)
720a25(**15**.4) habentium : *ἐχόντων ZΞ* (*ἰδίων cett.*)

Quonam modo tales eliminationes factae sint, fortassis iis locis — numero paucis — observari potest, quibus memoria pristinae versionis nondum penitus interiisse videtur, ut :

715b12(**4**.23) *ἀνόμια*] anomia Ap : dissimilia Γ^2 : dissimilia *ap in rasura.*
716a7(**5**.15) *πιστεύσειε*] credet *omnes, sed* al' probat *ap in margine*
717b25(**9**.7) *εὐθὺς*] confestim *omnes* : *ευθυς in margine Ap*
742a5(**66**.12) *ἐν τῇ μήτρᾳ*] in matrice Γ^2 (Ap^1Bv) : in matre *VbFaCe* : in vulva Ap^2 (vulva *saepius in* Γ^1 ; *nusquam in* Γ^2).

Sed eiusmodi exempla, utpote admodum rara, satis ambigua sunt. Fieri enim potuit ut ex ipsius auctoris emendationibus nascerentur.

6. De rationibus inter codices versionem latinam exhibentes intercedentibus.

Initio huius capitis memorandum est Leonardum Dittmeyer quinquaginta abhinc annis translationem latinam primi libri De Generatione Animalium tribus capitis secundi adiunctis separatim edidisse [34]. Valde dolendum est quod temere ut rectam accepit codicum divisionem tripartitam, quam, translationis Historiae Animalium editionem praeparans, argumentis non satis firmis nixus sex ante annis proposuerat Gunnar Rudberg [35] : codices enim quattuor, quos (codicem Antonianum ignorans) ad textum recuperandum adhibuerat, ita selegit ut eorum duo ad primam classem Rudbergianam pertinerent, ceterorum vero alter ad secundam, alter ad tertiam. Sunt autem hi [36] :

(primae classis)

Vaticanus lat. 2095 (= *Vb* in editione nostra)
Oxoniensis, bibl. Colleg. Merton. 271

(secundae classis)

Caesenas, bibl. Malat. plut. VII sin. 3 (= *Ce*)

(tertiae classis)

Florentinus, bibl. Laurent. Leop. Medic. Fesul. 168 (= *Fa*).

Hos codices ipsos quidem haud male selegit (non minus tres ad textum constituendum aliquid valere infra ostendam), sed, ut cum maxime observavi, tripartitionem istam Rudbergianam vanam esse non perspexit. Nam ut recte posuit codices Mertonensem et Caesenatem « inter se tam similes esse quam fratres gemel-

---

[34] Guillelmi Moerbekensis *translatio commentationis De Generatione Animalium*, edidit L. Dittmeyer, Dillingen 1914.

[35] G. Rudberg, *Textstudien zur Tiergeschichte des Aristoteles*, Uppsala 1908, pp. 22 ss. ; Idem, *Adnotationes in quosdam codices Moerbekenses*, ' Eranos ' XII (1912) pp. 32-42.

[36] Vide Dittmeyer, *op. cit.*, pp. 5-6.

los », ita plane oblitus esse videtur se eundem Mertonensem paulo ante ' optimae ' (hoc est primae) classi, Caesenatem vero ' secundae ' assignavisse. Et si lectiones proprias codicum singulorum enumeraveris, quas Dittmeyer sive in textum recepit sive reiecit, apparebit eum ex uno Fesulano (quam Rudbergium secutus ' tertiae ' classi assignaverat) 38 lectiones ut rectas accepisse, de Vaticano vero (' primae ' classis) 18, de Caesenati (' secundae ' classis) 2 tantum, nullum denique de Mertonensi (' primae ' classis). E contra reiecit 24 lectiones e codice Fesulano, 103 e Vaticano, 33 e Caesenati, 26 e Mertonensi. Patet ergo divisionem istam Rudbergianam, licet fortasse memoriae textus Historiae Animalium translationis describendae aliquam utilitatem habeat, quod saltem ad libros De Generatione attinet, a vero prorsus alienam esse.

Ad textus formam recuperandam quinque codices adhibui, quos supra in capitulo secundo huius praefationis (pp. XIII ss.) indicavi. De codice Antoniano (*Aφ*) iam fusius egi, de codice Vaticano mixto (*Vb*), qui utriusque editionis lectiones asservavit, mox agendum erit ; codices *BvFaCe* cum omnibus ceteris ex editionis secundae [Γ^2] fonte communi originem ducunt. Ex eorum numero *Ce* et codices ceteri, non minus tres et triginta, ex uno eodemque subarchetypo certo provenientes, deteriores existimandi sunt [37]. Nam certis locis in unoquoque eorum inspectis inveni ad unum omnes eadem menda, saepe gravia, cum *Ce* communia habere, ut puta :

5.4 valde *pro* velut 7 pecus *pro* ixus **7**.20 simul existens *pro* similis existens **8**.5 desiderium *pro* desiderium cibi **9**.4 hiis *pro* hic *etc.*

Postquam vidi hos omnes ex eodem fonte iam satis corrupto ac depravato defluxisse, undetriginta eorum, qui variis insuper corruptelis inquinati sint, reieci, reliquos quattuor contuli integros, qui sunt :

Erfordiensis, bibl. urbicae, Amplon. Fol. 36
Lipsiensis, bibl. univers. 1430
Mediolanensis, bibl. Ambros. Z. 252 Sup.
Oxoniensis, bibl. Coll. Merton. 271,

[37] Deteriores dico, non recentiores, cum etiam antiquissimum eorum codicum (*Ce*) eodem fere tempore quo ceteros exaratum esse constet.

qui tamen ab initio usque ad finem vix inter se et a codice *Ce* differunt. Ea de causa, ne apparatum criticum siglis codicum magna necessitudine inter se vinctorum onerarem, utque praeterea sigla compendiaria evitarem, varias lectiones unius tantum Caesenatis — qui deteriores omnes antiquitate superat, non vero pretio textui ab eo tradito tribuendo — recepi, ita tamen ut corruptelis eius codicis propriis omissis eos tantum locos notaverim quibus sive omnes deteriores sive plerique cum eo conspirent.

Dubitari nequit quin codices *BvFaCe* ex editione secunda et retractata derivati sint, i.e. ex libro — nescio an ex ipso autographo vel ex apographo quodam — pristinam versionem continente, quem Guillelmus, ut eius aetatis mos erat, cursim percensuerat et verbis corrigendis expungendis in marginibus vel inter lineas inserendis emendaverat [38]. Hoc modo facile fieri potuit ut in exemplaria posterius descripta vocabula aliquot pristinae editionis, fortasse quod non aut leviter modo expuncta essent, irrepserint. Hinc natae sunt contaminationes quarum exempla afferam complura (LITTERIS MAIUSCULIS indicavi ea vocabula quae ex priore editione in altera retenta sunt) :

717a8(**7**.21) sunt autem et dicroe entomorum (*δικρόαι δὲ καὶ τῶν ἐντόμων εἰσὶν E*) Γ^1 : sunt autem ET dicroe et que entomorum (*δικρόαι δὲ καὶ αἱ τῶν ἐντόμων εἰσὶν* ZPSYO^c) Γ^2.

722a3(**18**.26) sed ad hec accidit (*καὶ πρὸς τούτοις ἄλλα συμβαίνει codd.*) [*ubi translator fortasse pro* ἄλλα legit ἀλλὰ] Γ^1 : SED et ad hec alia accidit Γ^2.

726b27(**30**.13) idem enim est ultimum superfluum prime superfluitati (*ταὐτὸν γάρ ἐστι τὸ τελευταῖον περίττωμα τῷ πρώτῳ περιττώματι PSb*) Γ^1 : idem enim est ULTIMUM abscedens SUPERFLUUM primo apposito (*ταὐτὸν γάρ ἐστι τὸ ἀπελθὸν τῷ πρώτῳ προστεθέντι Z*) Γ^2.

729b28(**37**.3) susceptivum spermatis (*τὸ δεκτικὸν τοῦ σπέρματος PSb*) Γ^1 : susceptivam SPERMATIS particulam (*τὸ δεκτικὸν τοῦ περιττώματος μόριον ZΞ*) Γ^2.

731b9-10(**41**.9) neutrorum solorum fit opus (*οὐδετέρων γίγνεται μόνων ἔργον PSb*) Γ^1 : neutrorum SOLORUM faciunt opus (*οὐδετέρων ποιεῖ τὸ ἔργον ZP*) Γ^2.

---

[38] Vide e. g. 718b26 (11.20), ubi omnes codices graeci *καὶ πέρας* habent. Γ^2 autem praebet ' terminus ' (*om.* ' *et* ') ; *Ap* ' et finis TERMINUS ' (*lectio contaminata*). Dubitari non potest quin emendatio superscripta vocabulum ' et ' obliteraverit.

Atqui non solum in tota alterius editionis memoria, sed in singulis quoque codicibus variae lectiones utriusque versionis interdum commixtae sunt, velut :

719b12(**13**.19) improportionata (*ἀσύμμετρον codd.*) Γ^1 : inepta *Bv* : IMPROPORTIONATA inepta *Vb* : inepta PROPORTIONATA *FaCe*.

719b33(**14**.9) iste autem porus desuper existit et in anterioribus sicci cibi (*οὗτος δ' ἐπάνω καί ἐν τοῖς προσθίοις ὑπάρχει ὁ πόρος τῆς ξηρᾶς τροφῆς codd.*) Γ^1 : iste autem desuper existit et in anterioribus porus sicci cibi *BvFa* : iste autem PORUS desuper existit in anterioribus porus sicci cibi *VbCe*.

726b27(**30**.13) intus derelictum consumpti carbonis (*ἐναπολειφθὲν τοῦ κονιάματος ZYE*) Γ^1 : superlinitum pulverizati (*ἐναλειφθὲν τοῦ κονιάματος PS*) *VbFaCe* : superlinitum pulverizati DERELICTUM CONSUMPTI CARBONIS *Bv*.

Fit etiam aliquando ut unus alterve codex lectionibus inter se mutatis cum codice *Aϕ* contra ceteros conspirans lectionem pristinae versionis servet, ut puta :

721b22(**18**.12) totius (*τοῦ ὅλου PSb*) *AϕBv* : toti (*τῷ ὅλῳ Z*) *FaVbCe*

733a15(**45**.22) siccum (*τὸ ξηρὸν ZP* : *τό γε ξηρὸν Sb*) *AϕFa* : quod terrestre (*τὸ γεηρὸν Ξ*) *VbBvCe*.

729a32(**36**.6-7) secundum primam enim materiam (*κατὰ γὰρ τὴν πρώτην ὕλην PSb*) *AϕCe* : prima enim materia (*ἡ γὰρ πρώτη ὕλη ZΞ*) *FaVbBv*.

Quotiens singuli vel bini codices lectionem pristinae editionis cum *Aϕ* congruentes praebeant hoc indiculo ostenditur :

AϕBv	16	*AϕVbBv*	6
AϕFa	9	*AϕVbFa*	1
AϕCe	9	*AϕVbCe*	13,

e quibus etiam apparet codices *BvFaCe* nullo affinitatis vinculo quoquo modo inter se coniunctos teneri.

Restat ut de codice *Vb* agam, qui e duabus editionibus ita contaminatus est ut variis modis plus centies et vicies cum *Aϕ* consentiat ; inter quos modos hi praesertim mentione digni esse videntur :

a) *Aϕ* et *Vb* classem graecam *b* sequuntur (ante uncos quadratos lectiones codicibus *Aϕ* et *Vb* communes posui, post uncos lectiones editionis Γ^2) :

719a25(**12**.27) accidit (*συμβαίνει PSb*)] accidens (*συμβαῖνον Z*)

720b20 (*cf.* **16**.5) in hiis que de particulis sermonibus (*ἐν τοῖς περὶ τῶν μορίων λόγοις Sb*)] *om.*

742b4-5(**67**.18-19) semper prius oportet (*ἀεὶ πρότερον δεῖ ZSb*)] prius oportet (*δεῖ πρότερον P*),

b) vocabula quaedam graeca aliter latine reddita sunt atque in Γ^2 extant :

Ap ap, VbBvFaCe 2 habent *VbBv* utique *om. Ap* 2-3 cum — fuerint] quando generant *Ap* 3 adhuc + autem *VbCe* 6 que *VbCe* 7 ratio + est *Ap* : est ratio *Ce* et^2 + in *VbCe* hiis + et *Ce* 9 aufert *ApFa* : aut fert *Ce* utique quis *Ce* 10 adhuc + autem Fa^1 12 solis *ApVbCe* 13 et ab *om. Ce* 14 solis *ApVbCe* 16 manum *Ce* 17-18 quid — procedere *om. Ap* 18 esse] sunt *Ap* 19 solis *ApVbCe* 21-22 assimilati fiunt *Ap* 23 utique modus *BvFaCe* 25 utique + et *Ap* 26 proveniat aliquid *om. Ap* omnis] si quidem ab omni *Ap*

syllabarum, si autem ab hiis, ab elementis et compositione. Itaque si quidem ex igne et talibus carnes et ossa constituta
722a35 sunt, ab elementis utique erunt solum : a compositione enim
722b1 quomodo contingit ? At vero sine hac non utique erunt similia. Hanc autem si quid operatur posterius, hoc utique erit similitudinis causa, sed non procedere a toto.

Adhuc si quidem disperse partes in semine, quomodo vivunt ?
722b5 Si autem continue, animal utique erit parvum. Et que pudendorum quomodo ? Non enim simile quod provenit a masculo et a femella. Adhuc si ab ambodus similiter ab omnibus venit, duo animalia fiunt ; utrumque enim omnia habebit. Propter quod et Empedocles visus est, si quidem sic dicendum, maxime dicere
722b10 confessa huic sermoni ad tantum, sed si quidem altera quo non bene : ait enim in masculo et femella velut symbolum esse, totum autem a neutro provenire : sed distracta est membrorum natura que quidem virilis... : propter quid enim utique femelle non generarent ex se ipsis, si quidem a toto provenit et habet sus-
722b15 ceptionem ? Sed ut videtur aut non provenit a toto, aut sic quemadmodum ille dicit, non eadem ab utroque, propter quod et indigent ea que ad invicem copulatione. Sed et hoc impossibile. Quemadmodum enim et magna existentia impossibile distracta salvari et animata esse, quemadmodum Empedocles generat
722b20 in amicitia, dicens quod multa quidem capita sine cervicibus germinaverunt, deinde sic connasci inquit — hoc autem manifestum quia impossibile. Neque enim non animam habentia neque non vitam aliquam potuerunt utique salvari, neque quemadmodum animalia existentia plura connasci ut sint iterum
722b25 unum. Sed adhuc hoc modo accidit dicere dicentibus a toto procedere, quemadmodum quod in terra in amicitia, sic istis in corpore. Impossibile enim continuas partes fieri, et provenire in unum locum convenientia. Deinde et quomodo distrahuntur

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 solum *(Z)*] μᾶλλον (= Γ^{1}) 7 disperse *(ZPSYE)*] διεσπασμένα 10 a *(Sb)*] *om.* (= Γ^{1}) ab^{1} *(ZP)*] *om.* 16 virilis] ἐν ἀνδρὸς 23 quod] ἢ 29 quod *(PEΞ)*] τότε 31 et quomodo] πῶς καὶ (= Γ^{1})

Ap ap, VbBvFaCe 1 et + a *Vb* 3 solum] magis *Ap* a *om. ApVb* 4 at vero] sed tamen *Ap* 5 quid] quidem *BvCe* 10 a *om. Ap* ab ambobus omnibus similiter venit *Ap* 11 habebit omnia *Ce* 12 dicere] dicens *Ap* 16 virilis + est utique *VbCe* 17 generant *Ap* 18 sic *om. VbCe* 20 ea *om. Ce* 21 enim *om. VbCe* 29 terra + et *VbCe* 31 quomodo et *Ap*

que sursum et deorsum et dextra et sinistra et anteriora et posteriora ? Omnia enim hec irrationabilia sunt. 722b30

Adhuc autem partes hee quidem virtute, hee autem passionibus determinate sunt, anomiomera quidem per posse aliquid facere, ut puta lingua et manus, omiomera autem duritia, mollitie et aliis talibus passionibus. Non igitur omni modo habens sanguis neque caro. Palam igitur quia impossibile quod provenit esse 722b35 synonimum partibus, velut sanguinem a sanguine aut carnem 723a1 a carne. Sed adhuc si quidem ex altero aliquo existente sanguis fit, neque utique similitudinis causa erit, ut aiunt dicentes sic provenire ab omnibus partibus : sufficiens enim ab uno procedere solum, si quidem non ex sanguine sanguis fit. Propter quid enim 723a5 non utique et omnia ex uno fierent ? Idem enim sermo videtur esse iste ei qui Anaxagore, dicentis nichil fieri similium partium : verumptamen ille quidem in omnibus, isti autem in generatione animalium hoc faciunt. Deinde quomodo augebuntur hec pro- 723a10 venientia ab omni ? Anaxagoras quidem enim rationabiliter inquit carnes ex alimento advenire carnibus : non dicentibus autem hec quidem, ab omni autem provenire dicentibus, quomodo altero adveniente erit maius, si non permutatur quod provenit ? Sed et si potest permutari quidem quod provenit, propter quid a principio non statim sperma tale est, ut ex ipso 723a15 possibile sit fieri sanguinem et carnes, sed non ipsum esse illud sanguinem et carnes ? Non enim utique neque hoc contingit dicere quod commixtione augetur posterius, velut vinum aqua infusa : esset enim utique primo maxime quidem unumquodque 723a20 non mixtum existens ; nunc autem posterius magis et caro et os et aliarum unaqueque est partium. Spermatis autem dicere aliquid nervum esse et os, valde est super nos quod dicitur.

Adhuc autem si femella et masculus in conceptione differunt, quemadmodum Empedocles dicit †in fusione purgationum† 723a25

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 7 caro *(ZSYE)*] σάρκα 14 dicentis] *om.* 20 si non permutatur *(ZΞ)*] εἰ μένει (= Γ^{1}) 24 neque] nichil Γ^{1} (= οὐδὲν ?) 31 in fusione purgationum] ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι (*lac. in* Γ^{1})

Ap ap, VbBvFaCe 4 posse] se *Ce* 5 mollitia *Ap* 7 impossibile + quidem *VbCe* quod *om. Ce* 14 dicente *Ap* : dicenti *BvFaCe* 15 autem] sunt *Ap* 17 enim] autem (*ante* quidem) *Ce* 20 si — permutatur] sed (*leg.* si) manet *Ap* 21 provenit[1]] advenit *Ap* provenit[2]] advenit *ApBvFaCe* 24 neque] nichil *Ap* : *om. Vb*[1] 28 est] etiam *ApVb* : esse *Ce* 29 nervum] verum *Ce* 31 in — purgationum] *vacuum unius linee fuit in exemplari Ap*

hec quidem existunt mulieres frigori obviantia..., videntur autem permutate mulieres et viri, quemadmodum ex sine prole prolifici, sic et ex feminas parientibus masculorum paritivi, tamquam non in provenire ab omni aut non causa existente,
723a30 sed in proportionatum aut improportionatum esse quod a femina 5
et viro provenit, aut et propter aliam quandam talem causam. Palam igitur, si hoc ponamus sic, quod non in provenire ab aliquo femella, quare neque pars quam habet propriam masculus et femella — si quidem idem sperma et femella et masculus
723a35 potest fieri, tamquam non existente particula in spermate. Quid 10
723b1 igitur differt in hoc dicere aut in aliis particulis ? Si enim neque a matrice quod matricis sperma fit, eadem ratio et in aliis erit particulis.

Adhuc quedam fiunt animalium non ex animalibus, neque ex omogeneis neque ex genere differentibus, ut puta musce et genera 15
723b5 vocatorum bibionum. Ex hiis autem fiunt animalia, non adhuc autem similia secundum naturam, sed genus quoddam vermium. Palam igitur quod non ab omni parte proveniente fiunt quecumque utique etherogenea : similia enim utique essent, si quidem eius quod est ab omni provenire signum est similitudo. 20
723b10 Adhuc ab uno coitu animalium quedam generant multa (plante autem omnino : palam enim quod ab uno motu annualem omnem fert fructum). Quamvis quomodo possibile, si ab omni segregaretur sperma ? Unam enim segregationem ab uno necessarium fieri coitu et una decisione. In matricibus autem separari im- 25
723b15 possibile : iam enim quemadmodum ab animali sperma facit segregatio.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 5 aut improportionatum *om. Z* (= *Bv*^{1}*Ce)* 11-13 si — particulis *(PSb)*] *om.* (= *Γ*^{1}) 12 quod matricis *(Z*^{2}*Ξ)*] *om.* erit *(Z*^{2}*P)*] ἂν εἴη 14 non ex animalibus *(Z)*] *om.* (= *Γ*^{1}) 15 ex] *om.* 16 bibionum *(ZSE)*] ψυχῶν (= *Γ*^{1}) 19 utique^{1} (δὴ *ZY*)] *om.* utique^{2} (ἂν *ZPSE*)] *om.* 21 coitu] + καὶ 22 omnino *(Y)*] καὶ παντάπασιν 26-27 ab — segregatio *(Z)*] ἀπὸ νέου φυτοῦ ἢ ζῴου, οὐ σπέρματος εἴη ἡ διαχώρησις (= *Γ*^{1})

Ap ap, VbBvFaCe 1 existunt] perficiunt *Ap* 2 permutari *ApVb* 3 feminarum *Ap* parituri *Ce* 5 aut improportionatum *om. Bv*^{1}*Ce* 5-6 a viro et femina *Ap* 10 quid] quidem *Ce* 11 particulis *om. Bv*^{1}*FaCe* 11-13 si — particulis *om. Ap* 14 non ex animalibus *om. Ap* 15 ex *om. Ce* 16 bibionum] ψυχων *Ap* 26-27 ab — segregatio] a nova planta aut animali nec spermatis erit separatio *Ap* : nova planta ab animali sperma *(om. Vb)* facit segregatio *VbCe*

Adhuc autem absplantata a se ipsis ferunt sperma : palam igitur quia et antequam a plantis auferentur ab eadem magnitudine ferebant fructum, et non a tota planta provenit sperma.

Maximum autem horum argumentum consideravimus suffi-
5 cienter in entomis. Et enim si non in omnibus, sed in plurimis in 723b20
coitu femella in masculum partem aliquam ipsius protendit, propter quod et coitum, quemadmodum diximus prius, sic faciunt ; que enim deorsum in superiora videntur inserta, non in omnibus sed in plurimis contemplatorum. Quare manifestum 723b25
10 utique erit, quia neque quecumque emittunt genituram masculorum, non per emittere ab omni generationis causa sunt, sed alio quodam modo de quo considerandum posterius. Et enim si quidem per ab omni provenire accideret, quemadmodum aiunt, nichil oportebat dignificare ab omnibus provenire, sed solum
15 a condente, velut a fabro sed non a materia. Nunc autem simile 723b30
dicunt quemadmodum utique si a calciis : fere enim similis quis filius patri similia induit.

Quod autem delectatio vehementior fit in coitu venereorum, non ab omni provenire causa, sed quia pruritus est fortis : propter
20 quod et si frequenter accidit copulatio hec, minus fit gaudere 723b35 724a1
propinquantibus. Adhuc penes finem gaudium : oportebat autem in unaquaque particularum, et non simul, sed in hiis quidem prius, in hiis autem posterius.

Eius autem quod est ex kolobis fieri koloba eadem causa et
25 propter quid similia parentibus. Fiunt autem et non koloba ex 724a5
kolobis, quemadmodum et dissimilia generantibus, de quibus posterius causam contemplandum : problema enim hoc illis idem est.

Adhuc si non emittit sperma femella, eiusdem rationis neque ab omni provenire. Et utique si non ab omni provenit, nichil
30 irrationabile non a femella, sed alio quodam modo femellam cau- 724a10
sam esse generationis. De quo utique consequens est considerare, quoniam itaque manifestum quod non ab omnibus segregatur sperma partibus.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 11 per (τῷ *Z*)] τὸ (=Γ^{1}) 13 per (τῷ *ZPY*)] τὸ (=*BvCe*) 20 si ... accidit *(Sb)*] ἐὰν ... συμβαίνῃ (= Γ^{1}) 29 provenit *(ZPSY)*] ἀπέρχηται 30 non *(P)*] μηδ' 32 itaque (δὴ *ZPSYE)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap ap, VbBvFaCe 2 et *om. BvFaCe* 7 sic *om. Ce* 11 per *om. Ap* sunt] est *Ap* : *om. Fa*^{1} 13 per *om. BvCe* 14 ab omnibus dignificare *ApVb* 20 accidat *ApVb* hec] ista *ApVb* 32 itaque *om. Ap*

724a15 Principium autem et huius considerationis et sequentium primum accipere de spermate quid est : sic enim et de operibus ipsis et de accidentibus circa ipsa erit magis facile contemplari. Vult autem tale esse sperma secundum naturam, ex quo que secundum naturam constant fiunt primo (non in ex illius aliquo, ut puta ex
724a20 hominis : fit enim ex hoc quia huius est sperma). Quoniam autem multipliciter fit aliud ex alio — alio enim modo quemadmodum ex die dicimus nox fit et ex puero vir, quia hoc post hoc ; alio autem modo ut ex ere statua et ex ligno lectus, et alia quecumque
724a25 ex materia fieri que fiunt dicimus, ex aliquo inexistente et figurato totum est. Alio autem modo ut ex musico non musicus et ut ex sano laborans, et totaliter ut contrarium ex contrario. Adhuc autem preter hec ut Epikharmus facit superedificationem,
724a30 ex criminatione maledictio, ex hac autem pugna : hec autem omnia ex aliquo quod principium motus, talium autem quorundam quidem in ipsis principium motus est, velut et in nunc dictis (pars enim aliqua criminatio totius turbationis est), quorundam
724a35 autem extra, velut artes conditorum et lucerna combuste domus.

Sperma autem manifestum quia duorum horum in altero est :
724b1 aut enim ut ex materia ipsius, aut ut ex primo movente est quod fit. Non enim utique ut hoc post hoc, velut ex panatheneis oplous, neque ut ex contrario : corrupto enim fit contrarium ex contrario, et alterum aliquid oportet supponi ex quo est primo inexistente.
724b5 Duorum itaque sumendum in utro ponendum sperma, utrum ut materiam et patiens, aut ut speciem aliquam et faciens, aut et ambo. Simul enim forte palam erit et quomodo ex contrariis generatio existit omnibus hiis que ex spermate : naturalis enim ex contrariis generatio ; hec quidem enim ex contrariis fiunt,
724b10 masculo et femella, hec autem ex uno solo, velut plante et ani-

---

O^c *(ZPSYEΞ)* 3 de] *om.* 5 non — aliquo *(Ald.)*] οὐ τῷ ἐξ ἐκείνου τι εἶναι τὸ ποιοῦν (= Γ^1) 5-6 ex hominis (! ἐκ τοῦ ἀνθρώπου *Ald.*)] τοῦ ἀνθρώπου (= Γ^1) 6 huius $(Z^2O^{c2}Ald.)$] τοῦτο 15-16 talium — motus *(PSYE)*] *om.* 28 enim *(m)*] + καὶ 29 ex[1] *(Z)*] ἡ ἐκ (= Γ^1)

Ap ap, VbBvFaCe 5 fiunt *om. Ap* non — aliquo] non ex illo aliud (*leg.* aliquid) est (!) esse faciens *Ap* ex[2] *om. Ap* 9 ut *om. Ap* 11 alio] *hic desinit ap* 14 terminatione *Ce* 15 quod *om. ApBvFaCe* 17 terminatio *Ce* 18 extra] e contra *Ap* 22 panatheneis] navigatione *Vb* oplus *BvFaCe* : submersio *Vb* 27 erit et quomodo] ei non *Bv* : *lac. Fa*[1] 28 genere *ApBv* enim + que *Ap* 29 genere *Ap*

malium quedam, in quibuscumque non est determinatum masculus et femella separatim.

Genitura quidem igitur vocatur quod a generante provenit, quecumque coire nata sunt, primum habens principium gene-
5 rationis, sperma autem quod ex ambobus principia habens 724b15
copulatis (velut que plantarum et quorundam animalium, in quibus non sunt separata masculus et femella), quemadmodum quod fit ex femella et masculo prima mixtura, velut conceptus aliquis existens aut ovum : et enim hec iam habent quod ex
10 ambobus.

Sperma autem et fructus differunt per posterius et prius : fructus quidem enim eo quod ex alio sit, sperma autem eo quod 724b20
ex hoc aliud, quoniam ambo idem sunt.

Dicti autem spermatis ut geniture natura prima iterum dicenda
15 que est. Necesse itaque omne quodcumque accipitur in corpore aut partem esse eorum que secundum naturam, et hoc aut anomiomerorum aut omiomerorum, aut eorum que preter naturam, 724b25
puta aut nascentiam aut superfluitatem aut tabem aut alimentum. Dico autem superfluitatem alimenti residuum, tabem autem
20 segregatum ex excremento uniuscuiusque ab ea que preter naturam resolutione. Quod quidem igitur non erit pars manifestum : omiomerum quidem enim est. Ex hoc autem nichil componitur, 724b30
quemadmodum ex nervo et carne. Adhuc autem neque separatum, alia autem omnia partes. Sed adhuc neque eorum que preter
25 naturam neque orbatio : in omnibus enim existit, et natura ex hoc fit. Alimentum autem manifeste superinductum. Quare necesse aut tabem aut superfluitatem esse. Antiqui quidem igitur 724b35
assimilati sunt putantibus esse tabem : ab omni enim provenire dicere propter caliditatem eam que a motu tabis habet virtutem. 725a1
30 Tabes autem eorum que preter naturam aliquid, ex hiis autem

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 quod ... provenit *(PΞ)*] τὸ ... αἴτιον (= Γ^{1}) 9 ovum *(ZΞ)*] ζῷον (= Γ^{1}) 11 posterius et prius *(ZPSY)*] πρότερον καὶ ὕστερον 12 eo quod^{2} *(PSE)*] τὸ 14 ut geniture *(ZΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 15 accipitur] λαμβάνωμεν (= Γ^{1}) 20 uniuscuiusque *(ZPSE)*] *om.* (= Γ^{1}) 24 eorum que (τῶν *Z*)] *om.* (= Γ^{1}) 29 tabes *(SΞ)*] τὰ ... συντήγματα

Ap, VbBvFaCe 3 que a generante vocatur causa *Ap* 9 ovum] animal *Ap* 12 eo quod^{1}] per [eo] quod *Ap* aliquo fit *Ce* 14 ut geniture *om. Ap* dicenda + est *Vb* : demonstranda est *Ap* 15 quodcumque + que *Ce* accipiamus *Ap* 18 aut^{2} + pernascentia *Ce* 20 uniuscuiusque *om. Ap* 24 eorum que *om. Ap* 28 omnibus *Ap* 30-**26**.1 aliquid — naturam *om. Ce*

que preter naturam nichil fit eorum que secundum naturam. Necesse igitur superfluitatem esse. Sed adhuc superfluitas quidem
725a5 omnis aut inutilis alimenti est aut utilis. Inutile quidem igitur dico a quo nichil amplius perficitur ad naturam, sed consumpto pluri maxime peioratur, utile autem contrarium. Quod quidem itaque talis superfluitas non utique erit, manifestum : pessime enim dispositis propter etatem aut infirmitatem aut habitum
725a10 plurimum inexistit tale, sperma autem minime : aut enim omnino non habent, aut non prolificum propter misceri inutilem superfluitatem et languorosam.

Utilis igitur superfluitatis pars aliqua est sperma. Maxime autem utile quod ultimum, et ex quo iam fit unaqueque partium. Est enim hoc quidem prius, hoc autem posterius. Primi quidem
725a15 igitur alimenti superfluitas flegma, et si quid aliud tale : et enim flegma utilis alimenti superfluitas est : signum autem quia mixtum alimento puro nutrit et laborantibus consumitur. Ultimum autem ex plurimo alimento paucissimum. Considerare autem oportet quod modico augentur animalia et plante eo quod se-
725a20 cundum diem omnem : modico enim apposito eodem excrevit magnitudo.

Contrarium igitur quam antiqui dixerunt dicendum. Hii quidem enim ab omni proveniens, nos autem quod ad omne aliquid esse natum est sperma dicimus, et hii quidem tabem, videtur
725a25 autem superfluitas magis. Rationabilius enim simile esse adveniens ultimum et factum superfluum talis, velut pictoribus ymaginum multotiens evenit simile expenso. Contabescens autem corrumpitur totum et exit extra naturam. Argumentum autem quod non sit tabes, sed superfluitas magis, magna animalia
725a30 paucigona esse, parva autem polygona. Tabem quidem enim plurem necessarium esse magnis, superfluitatem autem minorem : in corpus enim magnum existens consumitur quod plus

---

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 7 aut habitum *(ZΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 8 inexistit *(ZP)*] ὑπάρχει (= Γ^{1}) 12 ultimum (ἔσχατον)] purissimum Γ^{1} (= καθαρώτατον) 18 eo quod (τῷ *PY*)] τὸ (= Γ^{1}) 26 ymaginum] τοῦ ἀνδρεικέλου 29 paucigona *(Z)*] ὀλιγοτόκα (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 4 proficitur *BvCe* 7 aut habitum *om. Ap* 8 existit *Ap* 12 ultimum] purissimum *Ap* 15 quia] quod *Ce* 18 eo *om. Ap* 19 omnem] solum *Ap* 22-23 aliquid esse *om. VbCe* 27 et *om. Ce* 29 paucigona] paucorum paritiva *Ap* 31 necessaria *Ce*

alimenti, quare modica fit superfluitas. Adhuc autem locus quidem nullus assignatus est tabi secundum naturam, sed fluit ubicumque corporis facile viam habeat, hiis autem que secundum 725a35
naturam superfluitatibus omnibus, velut alimenti sicci inferior 725b1
venter et humidi vesica et utilis superior venter, et spermaticis matrix et pudenda et ubera : in hec enim congregatur et confluit. Et accidentia testimonia quia quod dictum est sperma est ; hec 725b5
autem accidunt propter naturam esse superfluitatis talem : modicissimo enim abscedente hoc fit dissolutio manifesta, tamquam sint privata corpora eo quod ex alimento facto fine. Paucis autem aliquibus aut in modico tempore etatis alleviat aliquando 725b10
abscedens, cum habundaverit, quemadmodum primum alimentum si excedat multitudine : et enim hoc abscedente corpora felicitantur magis. Adhuc cum simul tollantur alie superfluitates : non enim solum sperma quod abscedit, sed et alie mixte virtutes
hiis simul abeunt, hee autem sunt languorose, propter quod et 725b15
quibusdam non prolificum aliquando fit quod abscedit, propter paucum habere spermaticum. Sed pluribus et ut in pluribus dicatur accidit ex coitibus dissolutio et impotentia magis propter dictam causam. Adhuc non inexistit sperma neque in prima
etate neque in senectute neque in infirmitatibus, in infirmari 725b20
quidem propter impotentiam, in senectute autem propter non digerere quod sufficiens secundum naturam, iuvenibus autem existentibus propter augmentationem : prevenit enim consumptum omne : in annis enim quinque fere in hominibus medietatem
videtur accipere corpus magnitudinis eius que in alio tempore 725b25
fit totius.

Multis autem accidit et animalibus et plantis et generibus ad genera differentia circa hec, et in genere eodem hiis que eiusdem speciei ad invicem, puta homini ad hominem et viti ad vitem. Hec quidem enim polysperma, hec autem pauci spermatis sunt, hec autem sine spermate omnino, non propter infirmitatem, sed 725b30

O^c *(ZPSYEΞ)* 1 autem] *om.* (= Γ^1) 2 assignatus est *(ZPSY)*] ἀποδίδοται 5 spermaticis *(ZPS)*] τῆς σπερματικῆς 11 aut *(Z)*] καὶ (= Γ^1) etatis *(Z)*] κατὰ τὰς ἡλικίας aliquando (? ποτε)] τοῦτ' (= Γ^1)

Ap, VbBvFaCe 1 autem *om. Ap.* 3 habet *Ce* 5 spermatis *ApVb* 7-8 hoc ... accidit *Ce* 11 aut] et *Ap* aliquando] hoc *Ap* 15 etiam *Ce* 17 aliquando *om. Ap* 19 accidit *post* dissolutio *Ce* 20 existit Bv^1Fa^1 22 propter^2 *om. Ce* 25 omne] esse *FaCe* 28 et^1 *om.* Ap^1Vb^1 : + in Bv^1

quibusdam quidem propter contrarium : consumitur enim in corpus velut hominum quibusdam : euektici enim existentes et facti carnosi aut pinguiores magis, minus emittunt sperma et
725b35 minus concupiscunt coire. Similis autem passio et circa hircinas
726a1 vites, que propter alimentum lasciviunt (quoniam et hirci pingues existentes minus habent, propter quod et macerant ipsos — et vites hircinare a passione hircorum vocant). Et pingues autem minus prolifici videntur esse quam non pingues, et mulieres et
726a5 viri, propter hiis qui bone nutriture digestum superfluum fieri sagimen ; est enim et sagimen superfluum propter bonam cibationem sanum.

Quedam autem omnino non ferunt sperma, puta itea et egeirus. Sunt quidem igitur et alie cause passionis huius. Et enim propter impotentiam non digerunt et propter virtutem absumunt,
726a10 quemadmodum dictum est. Similiter autem et multe fusionis sunt et multi spermatis, hec quidem propter virtutem, hec autem propter impotentiam : multum enim et inutile superfluum simul miscetur, ut quibusdam fiant infirmitates cum sic ⟨non⟩ proficiat purificatio. Et aliqui quidem sanantur, hii autem et
726a15 interimuntur. Contabescunt enim sic quemadmodum et in urinam : iam enim et hec infirmitas evenit quibusdam.

Adhuc porus idem superfluo et spermati, et quibuscumque quidem amborum fit superfluum, et humidi et sicci alimenti, qua quidem humidi, hac et geniture fit segregatio (humidi enim su-
726a20 perfluitas est, alimentum enim omnium humidum magis), quibus autem non est hoc, secundum eam que est sicce ypostaseos segre-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 propter *(ZP)*] *om.* (= Γ^{1}) 10-11 bonam cibationem *(ZΞ)*] οὐσίαν (= Γ^{1}) 15 multe fusionis *(Z)*] πολυχρόνια (= Γ^{1}) 18 infirmitates] ἀῤῥώστημα cum *(ZYE)*] ὅτε (= Γ^{1}) sic (ταύτη *Z*)] αὐτῶν (= Γ^{1}) 26 hoc] hoc modo Γ^{1} *(cf.* ταύτῃ *Ambros.* 268 *E* 6 *sup.)*

Ap, VbBvFaCe 1 propter *om. Ap* 3 aut] quam *Ap* 4 hircinas] tragosas *Ap* 5 lasciviunt] iniuriant *Ap* hirci] tragi *Ap* 7 hircinare] traganti (*leg.* tragare) *Ap* hircorum] tragorum *Ap* 8 minus prolifici] agonoteri *ApVb* 10 sagimen^{1}] pinguedinem *Ap* sagimen^{2}] pinguedo *Ap* superfluum + scilicet *Ap* 10-11 bonam cibationem] substantiam *Ap* 11 sanum *scripsi cum Ap* : factum *cett.* 12 itea : genus salicum *BvFa*^{2} 12-13 egeirus] cicirus *Ce* 14 assumunt *BvCe* : consumunt *Ap* 15 multe fusionis] multi temporis *Ap* 18-19 cum — proficiat] quia *(leg.* quando) ipsorum non prosperata *Ap* 18 non *addidi* 19 putrefactio *Vb*^{2}*Ce* 20 in] ad *ApVb* 23 quidem] quod *Ap* quia *Ce* 26 hoc + modo *Ap*

gationem. Adhuc contabescentia semper languorosa, superflui autem ablatio proficua : spermatis autem separatio utroque modo, propter assumere aliquid utilis alimenti. Si autem esset contabescentia, semper lederet utique : nunc autem non facit hoc. 726a25

Quod quidem igitur superfluitas est sperma utilis alimenti et ultimi, sive omnia emittant sperma sive non, sed in emittentibus, manifestum.

[19] Post hec autem determinandum superfluitas qualis alimenti, et de menstruis : fiunt enim aliquibus menstrua animalifi- 726a30
cantium. Per hec enim manifestum erit et de femella, utrum emittit sperma ut masculus, et utrum est una mixtura facta ex duobus spermatibus, aut nullum sperma segregatur a femella ; et si nullum, utrum neque aliud nichil confert ad generationem, sed 726a35
solum exhibet locum, aut confert aliquid, et hoc qualiter et 726b1
secundum quem modum.

Quod quidem igitur est ultimum alimentum sanguis habentibus sanguinem, exsanguibus autem proportionale, dictum est prius : quoniam autem genitura superfluitas est alimenti et ultimi, aut sanguis utique erit aut proportionale aut ex hiis
aliquid. Et quoniam ex sanguine digesto et partito aliqualiter 726b5
fit particularum unaqueque, sperma autem digestum quidem magis alteratum a sanguine separatur, indigestum autem existens, et cum quis angarietur frequentius utens eo quod coire, quibusdam sanguinosum iam provenit, manifestum quia sanguinei
utique erit superfluitas alimenti sperma, eius quod in partes 726b10
distributi ultimi. Et propter hoc magnam habet virtutem — et enim puri et sani sanguinis segregatio solutivum — et similia fieri progenita parentibus rationabile : simile enim accedens ad partes ei quod relictum est. Itaque sperma est quod manus aut 726b15

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1-2 superflui — proficua *(ZΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 2-3 utroque modo (? *ἀμφοτέρως, cf. ἀμφοτέρων Z*)] *ὠφέλιμος* (= Γ^{1}) 3 aliquid *(Ξ, Gaza)*] *om.* (= Γ^{1}) utilis *(ZΞ)*] *μὴ χρησίμου* (= Γ^{1}) 4 utique *(ZP)*] *om.* 6 sed *(ZY)*] *om.* (= Γ^{1}) emittentibus *(Z)*] *προειρημένοις* (= Γ^{1}) 11 utrum] *om.*

Ap, VbBvFaCe 1-2 superflui — proficua *om. Ap* 2-3 utroque modo] proficua *Ap* 3 aliquid *om. Ap* utilis alimenti] id quod non utile alimentum *Ap* 6 sed *om. Ap* emittentibus] predictis *Ap* 18 et *om. VbFa* 22 separatur a sanguine *ApVb* 23 et — quis *om. Ce* : et cum *om. Bv* anguarietur *ApFa* : argueretur *Ce* 24 quia] quod *Ap* 25 erit utique *Ce* partes] membra *Ap* 28 rationale *Ce* accidens *Ce*

quod faciei aut animalis totius indeterminate manus aut facies aut totum animal : et quale illorum unumquodque actu, tale sperma virtute, aut secundum molem propriam, aut habet quandam virtutem in se ipso (hoc enim nondum manifestum nobis
726b20 ex determinatis, utrum corpus spermatis est causa generationis, aut habet quendam habitum et principium motus generativum) : neque enim manus neque alia particularum nulla sine animali aut alia aliqua virtute est manus, neque particula nulla, sed solum equivoca.

Manifestum autem et quia quibuscumque contabescentia fit
726b25 spermatica, et hec superfluitas est. Accidit autem hoc quando resolutum fuerit in accedens, quemadmodum cum deciderit superlinitum pulverizati statim : idem enim est [ultimum] abscedens [superfluum] primo apposito. Eodem modo et ultimum
726b30 superfluum primo colliquamini idem est. Et de hiis quidem determinatum sit hoc modo.

Quoniam autem necessarium infirmiori fieri aliquod superfluum plus et minus digestum, tale autem existens necessarium esse sanguinose humiditatis multitudinem, infirmius autem minore caliditate communicans secundum naturam, femella
726b35 autem quod talis dictum est prius, necessarium et eam que in
727a1 femella factum segregationem sanguineam superfluitatem esse. Fit autem talis vocatorum menstruorum segregatio.

Quod quidem igitur sunt menstrua superfluitas, et quod proportionale ut masculis genitura sic femellis menstrua, manifestum.
727a5 Quod autem recte dictum sit, signa que accidunt circa ipsa. Secundum eandem enim etatem masculis quidem incipit fieri genitura et segregatur, femellis autem fluunt menstrua et vocem permutant, et notabilia fiunt que circa ubera. Et cessant etate
727a10 desinente hiis quidem posse generare, hiis autem menstrua.

O^{e} *(ZPSYEΞ)*] 1 indeterminate *(ZS)*] ἀδιόριστος 7 alia *(ZPSY)*] ἄλλο τι (= Γ^{1}) 13 superlinitum *(PS)*] ἐναπολειφθὲν (= Γ^{1}) 13-15 idem — est *(Z)*] ταὐτὸν γάρ ἐστι τὸ τελευταῖον περίττωμα τῷ πρώτῳ περιττώματι (= Γ^{1}) 17 aliquod] *om.* 29 notabilia fiunt *(ZP)*] σημαίνει (accidunt Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 3-4 aliquam virtutem quandam *Ap* 7 alia] aliud aliquid *Ap* nulla] nichil *Ap* : ulla *Vb* animalis *Ap* 8 aliqua alia *ApBv* 12 accidens *Ce* decidat *Ap* 13 superlinitum pulverizati] intus derelictum consumpti carbonis *Ap* : superlinitum pulverizati derelictum consumpti carbonis *Bv* 13-15 idem — est] idem enim est ultimum [abscedens] superfluum prime superfluitati *Ap* 25 sic + et *Ce* 27 enim *om. Ap* 29 notabilia fiunt] accidunt *Ap*

Adhuc autem et talia signa quod superfluitas sit hec emissio femellis. Ut enim ad multum neque emorroides fiunt mulieribus neque ex naribus fluxus sanguinis neque ixie non stantibus menstruis : sique accidat aliquid horum, fiunt peiores purgationes, tamquam consumpta in hec segregatione. Adhuc autem 727a15
neque venose similiter levioresque et planiores femelle masculis sunt, propter simul segregari eam que in hec superfluitatem in menstruis. Idem autem hoc oportet putare causam esse et moles minores esse corporum femellis quam masculis in animalifi- 727a20
cantibus : in hiis enim menstruorum fit fluxus deforis solis, et horum manifestissima in mulieribus : plurimam enim emittit segregationem mulier animalium. Propter quod quidem manifestissime semper pallida est et occultarum venarum, et defectum ad masculos habet corporis manifestum. 727a25

Quoniam autem hoc est quod fit femellis ut genitura masculis, duas autem non contingit spermaticas simul fieri segregationes, manifestum quod femella non confert sperma ad generationem. Si enim sperma esset, menstrua non utique essent : nunc autem propter hec fieri illud non est. 727a30

Quia quidem igitur, quemadmodum sperma, et menstrua superfluitas sunt, dictum est : sumet autem utique quis ad hoc testimonia quedam accidentia animalibus. Pinguia enim minus sunt spermatica hiis que sine pinguedine, quemadmodum dictum est prius. Causa autem quia pinguedo superfluitas est quemad- 727a35
modum et sperma, et digestus sanguis, sed non eodem modo spermati. Itaque rationabiliter in pinguedinem expensa super- 727b1
fluitate deficiunt que circa genituram, exsanguium vero malakia et malakostraka circa conceptionem sunt optima. Quia enim sunt exsanguia et non fit pinguedo in ipsis, proportionale ipsis
pinguedini separatur in superfluitatem spermaticam. Signum 727b5
autem quod non tale sperma emittit femella quale masculus, neque mixtis ambobus fit, ut quidam aiunt, quia multotiens femella concipit non facta ipsi in coitu delectatione, et facta iterum nichil minus. Et equaliter concurrentibus a masculo et 727b10

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 neque ixie (*Ξ, Gaza*)] *οὔτε τι ἄλλο* (= *Γ*^{1}) 9 esse (*τὸ .. εἶναι ZS*)] *τοῦ ... εἶναι* 22 accidentia] *τῶν συμβαινόντων* (= *Γ*^{1}) 25 et^{1}] *om.* 27 vero *(Z)*] *τε*

Ap, VbBvFaCe 3 neque^{1}] non *Ce* neque ixie + neque aliquid aliud (alium *Vb*) *ApVb* 9 in *om. Ce* 10 solum *Ce* 11 manifestissima + et *Ce* 16 contingerit *Ce* 22 accidentium *ApVb* 27 exsanguinum *Ap* 29 exsanguinea *Ap*

femella non fit, si non vocatorum menstruorum humor existat commensuratus. Propter quod neque totaliter non factis ipsis generat femella, neque factis cum excreverint ut ad plus, sed post purificationem. Aliquando quidem enim non habet alimen-
727b15 tum neque materiam, ex qua poterit constituere animal que a masculo inexistens in genitura virtus, aliquando autem coexcludit propter multitudinem. Cum autem de factis abscesserint, quod relictum est constat. Quecumque autem non factis menstruis concipiunt, aut intermedium factorum posterius autem non, causa
727b20 quia hiis quidem tantus fit humor quantus post purificationem relinquitur prolificis, maior autem non fit superfluitas, ut et deforis procedat, hiis autem post purificationem concluditur os matricum. Quando igitur multum quidem quod abscessit fuerit, adhuc autem fit quidem purificatio, non tanta autem ut
727b25 coevanescat sperma, tunc propinquantes concipiunt iterum. Nichil autem inconveniens hiis que conceperunt adhuc fieri : et enim posterius usque ad aliquid pertranseunt menstrua, pauca autem et non semper. Sed hoc quidem languorosum, propter quod
727b30 paucis et raro accidit ; que autem ut in pluribus fiunt, maxime secundum naturam sunt.

Quod quidem igitur confert femella ad generationem secundum materiam, hoc autem est in consistentia menstruorum, menstrua autem superfluitates, palam.

[20] Quod autem putant quidam sperma conferre in coitu
727b35 femellam, propter fieri simile gaudium quandoque ipsis ei quod masculorum, et simul humidam segregationem, non est humi-
728a1 ditas hec spermatica, sed loci propria quibuscumque. Est enim matricum emissio, et hiis quidem fit, hiis autem non. Fit quidem hiis que colore albe et muliebres, ut ad plus dicatur, non fit autem
728a5 nigris et virilibus. Multitudo autem, quibus fit, aliquando non secundum spermatis emissionem est, sed multum excedit. Adhuc autem et alimenta altera ab alteris faciunt multam differentiam

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 2 non factis *(ZPYE)*] μιγνυμένων 13 igitur multum quidem *(ZPSY)*] μὲν οὖν πολὺ 14 fit *(SE)*] γίγνηται ut *(ZPSYO*^{c}*)*] + μὴ (=Γ^{1}) 15 coevanescat *(Z)*] ἐξικμάζειν *E* (=Γ^{1}) iterum *(ZY)*] *om.*

Ap, VbBvFaCe 1 si] sed *Ce* 3 exercuerint *Ce* : effluxerint *ApVb* 4 habent *ApFaCe* 6 excludit *Ap* : eo excludit *Bv* 7 abscesserit *Ce* 8 autem *om. Ce* 14-15 ut non evanescat *Ap* 22 materiam] naturam *ApBvFaCe* 24 in coitu *om. Ce* 29 autem fit *Ce* 32 differentiam] materiam *Ap*

eius quod est fieri egressionem, aut minorem aut ampliorem talem, velut quedam mordicantium notabile faciunt ad multitudinem segregationis.

Accidere autem delectationem in coitu non solum spermatis est 728a10
emissi, sed et spiritus, ex quo constituto fit sperma. Palam autem in pueris hiis qui nondum possunt emittere, prope autem existentibus etati, et in viris sterilibus : fit enim omnibus hiis delectatio decisione facta. Et corruptis quidem secundum generationem aliquando resolvuntur ventres, propter segregari superfluitatem in 728a15
ventrem, que non potest digeri et fieri sperma.

Assimilantur autem secundum formam mulier et puer, et est mulier ut masculus agonus : impotentia enim quadam femella est, eo quod non possit digerere ex alimento ultimo sperma (hoc 728a20
autem est aut sanguis, aut proportionale in exsanguibus) propter frigiditatem nature. Sicut igitur in ventribus propter indigestionem fit diarria, sic in venis alie emorroides et que menstruorum : et enim hec emorrois est, sed ille quidem propter infirmitatem, hec autem naturalis. 728a25

Itaque manifestum quod rationabiliter fit ex hoc generatio. Sunt enim menstrua sperma non purum, sed indigens operatione, quemadmodum in ea que circa fructus generatione, cum nondum fuerit maceratum, inest quidem alimentum, indiget autem operatione ad purificationem. Propter quod et miscetur illa quidem geniture, hoc autem mundum alimentum, hoc quidem generat, 728a30
hoc autem nutrit.

Signum autem huius mulierem non emittere semen, et fieri in coitu delectationem tactu, secundum eundem modum masculis : non emittunt autem humorem hunc hinc. Adhuc autem non omnibus fit femellis hec egressio, sed sanguinem habentibus, 728a35

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 2-3 notabile — segregationis] *ἐπίδηλον ποιεῖ εἰς πλῆθος τὴν ἀπόκρισιν* (= Γ^{1}) 4 in *(Z)*] *om.* 5 fit sperma *(ZΞ)*] *ἀποσπερματίζει* (= Γ^{1}) 22 maceratum *(Z)*] *διῃτημένη* (= Γ^{1}) 24 mundum alimentum] *καθαρᾷ τροφῇ* 27 tactu *(ZP)*] *ἐν τῇ ἁφῇ* (= Γ^{1}) modum *(YΞ)*] *τόπον* 28 non emittunt autem] *καίτοι οὐ προΐενται* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 2 notabilium *Vb* : manifestam *Ap* facit *ApBvFaCe* 3 segregationem *Ap* 4-5 emissi est *ApVb* 5 fit sperma] espermizat *Ap* 6 qui] quidem *Ce* 7 sterilibus] agonis *Ap* 8 decisione facta *om. Ap* corruptis] corpus *Ce* 11 assimilatur *Ce* 12 in potentia *ApBvFaCe* : in inpotentia *Vb* 19 genere *Ce* 22 maturatum *VbFa* : dietata *Ap* 23 et + non *Ce* 26 non emittere mulierem *Ap* 27 in tactu *Ap* 28 non — autem^{1}] quamvis non emittant *Ap* emittant *ApCe*

neque hiis omnibus, sed quarumcumque matrices non penes suc-
728b1 cinctorium sunt neque ovificant, adhuc autem neque sanguinem
non habentibus, sed quod proportionale : quod quidem enim
quibusdam sanguis, in hiis altera existit concretio. Eius autem
quod est neque hiis fieri purificationem neque sanguinem haben-
728b5 tium dictis, causa siccitas corporum modicam relinquens super-
fluitatem, et tantum quantum ad generationem sufficiens solum,
extra autem non emittit. Quecumque autem animalifica sine
ovificatione (hec autem sunt homo et quecumque quadrupedum
flectunt posteriora crura intus : hec quidem enim omnia animali-
728b10 ficant sine ovificatione) hiis autem fit quidem omnibus, nisi si
quid orbatum est in generatione velut mulus, insuper super-
ascendunt purificationes, quemadmodum hominibus. Per dili-
gentiam autem, quomodo accidunt hec circa unumquodque
animalium, scriptum est in hiis que circa animalia historiis.
728b15 Plurima autem purificatio fit inter animalia mulieribus, et mas-
culis plurima spermatis emissio secundum rationem magnitudinis.
Causa autem corporis compactio humida et calida existens : neces-
sarium enim in tali fieri plurimam superfluitatem. Adhuc autem
neque tales habent in corpore partes in quas vertitur superfluitas,
728b20 quemadmodum in aliis : non enim habent neque capillorum
multitudinem secundum corpus, neque ossium et cornuum et
dentium egressiones.

Signum autem quia in menstruis sperma est : simul enim,
quemadmodum dictum est prius, masculis fit superfluitas hec,
728b25 et femellis menstrua notantur in eadem etate, ut et simul dis-
tentis locis susceptivis utriusque superfluitatis : et intumescen-
tibus utrisque propinquis locis germinat pectinis pilatura. Futuris
autem distendi loca inflantur a spiritu, masculis quidem mani-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 quarumcumque *(ZPE)*] ὅσον 6 dictis *(ZEO*^{c} : *om. ΞΓ*^{1}*)*] + τοῖς κάτω ἔχουσιν καὶ μὴ ᾠοτοκοῦσιν (= Γ^{1}) 8 emittit] προ-ἵεσθαι (= Γ^{1}) 9 quidem *(ZPSO*^{c}*)*] *om.* (= Γ^{1}) 16 purificatio fit *(PSEO*^{c}*)*] γίγνεται κάθαρσις (= *Vb*) 27-28 intumescentibus] ἀραιουμένων *(om. Γ*^{1}*)* 29 inflantur (ἀνοιδοῦσιν)] apcriuntur Γ^{1} (? ἀνοίγουσιν)

Ap, VbBvFaCe 4 consistit *Ap* : *om. Bv*^{1} 5-6 habentibus *Vb* 6 dictis] deorsum habentibus et non ovificantibus *Ap* 7 solum sufficiens *Ce* 8 emitti *Ap* 9 autem *om. ApBvFaCe* quadrupedium *ApVb* 10 quidem *om. Ap* : quoque *Vb* 12 mula *Ap* : multis *Bv* insuper : *leg.* non tamen ? 12-13 ascendunt *Bv* accidit hoc *Ce* 16 fit purificatio *Vb* 26 vocantur *Ap*^{1}*Ce* : *om. Fa*^{1} 27-28 intumescentibus] *spatium duarum dictionum fuit hic Ap* 29 inflantur] aperiuntur *Ap*

festius circa testiculos, notatur autem et circa ubera, femellis 728b30
autem circa ubera magis : cum enim duobus digitis elevata fuerint,
tunc fiunt menstrua plurimis.

In quibuscumque quidem igitur vitam habentibus non sunt
separata femella et masculus, hiis sperma velut conceptus est.
Dico autem conceptum primam mixturam ex femella et masculo.
Propter quod et ex uno spermate unum corpus fit, ut puta ex 728b35
uno grano frumenti unus culmus, sicut ex uno ovo unum animal
(gemella enim ovorum duo ova sunt). In quibuscumque autem 729a1
generum determinata sunt femella et masculus, in hiis ab uno
spermate contingit fieri multa animalia, ut differente natura
spermate in plantis et animalibus. Signum autem : ab uno enim 729a5
coitu plura fiunt in potentibus generare plura uno. Aut et palam
quod non ab omni venit genitura : neque enim separata ab eadem
parte confestim segregarentur, neque simul venientia in matrices
ibi dividerentur : sed accidit ut rationabile, quoniam masculus
quidem exhibet speciem et principium motus, femella autem et 729a10
corpus et materiam, velut in lactis coagulatione corpus quidem
lac est, formans autem coagulum principium habens et constare
faciens, sic quod a masculo in femella partitum est. Propter quam
autem causam dividitur hic quidem in plura, hic autem in pau- 729a15
ciora, hic autem singulariter, alter sit sermo. Sed propter nichil
quidem differre specie, sed si solum commensuratum sit quod
divisum est ad materiam, et neque minus ut non digerat neque
constare faciat, neque plus ut desiccet, plura generantur. Ex
constante autem primo, ex uno iam unum fit solum. 729a20

Quod quidem igitur femella ad generationem genituram quidem
non confert, confert autem aliquid, et hoc est menstruorum consti-
tutio et proportionale in exsanguibus, ex dictis palam et secun-
dum rationem universaliter intuentibus. Necesse enim esse ali-

---

O^c *(ZPSYEΞ)* 10 in *(ZE)*] + δὲ 13 aut] ἢ 17 et^2 (τε *E*)] *om.* (= *Fa*^{1}) 19 autem *(ZPSYE)*] + ἢ et] *om.* (= Γ^1) 22 propter *(PSYE)*] *om.* 25 plura *(Z)*] + οὕτω (= Γ^1) 29 exsanguibus *(ZPYE)*] ἐναίμοις 29-30 et secundum rationem universaliter *(ZP)*] καὶ κατὰ τὸν λόγον καὶ καθόλου *(cf. Γ*^{1}*)* 30-**36**.1 aliquid *(Z)*] *om.* (= Γ^1)

Ap, VbBvFaCe 11 ut *om. BvFaCe* 13 fiunt] sunt *Vb* : *om. Bv*^{1} 15 neque + enim *Ce* 16 rationale *BvCe* 17 et^2 *om. Fa*^{1} 19 formans] *vacuum fuit in exemplari unius dictionis Ap* et *om. Ap* 25 plura + sic *ApVb* 26 autem *om. Ap.* 29 palam ex dictis *BvFaCe* 29-30 et universaliter et secundum rationem *Ap* 30-**36**.1 aliquid *om. Ap*

729a25 quid generans et ex quo, et hoc si unum sit, specie differre et esse rationem ipsorum alteram, in separatas autem habentibus virtutes et corpora et naturam alteram esse facientis et patientis. Si igitur masculus est ut movens et faciens, femella autem, secun-
729a30 dum quod femella, ut passivum, ad masculi semen femella confe- 5
ret non genituram sed materiam. Quod et videtur accidere : prima enim materia est menstruorum natura.

[21] Et de hiis quidem determinatum sit hoc modo. Simul
729a35 autem ex hiis manifestum, de quibus consequens est considerare,
729b1 qualiter quidem confert ad generationem masculus, et qualiter 10
causa est eius quod fit sperma quod a masculo, utrum ut inexistens et particula existens mox eius quod fit corporis, mixtum
729b5 materie ei que a femella, aut corpus quidem nichil communicat spermati, qui autem in ipso motus et virtus : hec quidem enim est faciens, hoc autem constitutum et accipiens formam reliquum 15
eius quod in femella superflui. Secundum rationem itaque sic videtur et in operibus : universaliter enim intendentibus non
729b10 videtur factum unum ex passivo et faciente, ut inexistente in eo quod fit faciente, neque totaliter utique ex moto et movente. Sed adhuc femella quidem, secundum quod femella, passivum, 20
masculus autem, secundum quod masculus, factivum et unde principium motus. Quare si sumantur extrema utrorumque,
729b15 secundum quod hoc quidem factivum et movens, hoc autem passivum et motum, non est quod fit ex hiis unum, nisi sic ut ex carpentario et ligno lectus, aut ut ex cera et forma spera. Palam 25
igitur quod non necesse segregari aliquid a masculo, neque si
729b20 quid egreditur, propter hoc ex hoc ut inexistente quod fit est, sed ut ex movente et specie et ut a medicinali sanatus. Accidunt autem confessa rationi et in operibus. Per hoc enim quedam masculorum coeuntium femellis neque nullam particulam viden- 30
729b25 tur emittere in femellam, sed contrarium femella in masculum,

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 si *(Z)*] + *καὶ* 2 esse] *τῷ ... εἶναι* 6-7 prima — materia *(ZΞ)*] *κατὰ γὰρ τὴν πρώτην ὕλην* (= Γ^{1}) 27 quid *(ZΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) egreditur *(ZΞ)*] *παρέχεται* (= Γ^{1}) 28 et ut (*Ξ*, *cf. ὡς καὶ Z*)] *καὶ*

Ap, *VbBvFaCe* 1 generatis *Ce* 5 ad] aut *Ce* 6 non] nec *Ce* 6-7 prima — materia] secundum primam enim materiam *ApCe* 9 de quibus *om. Ce* 12 et — existens *om. Ce* mox] confestim *ApVb* 15-16 reliquum — superflui *om. Ap* 17 enim] autem *BvFaCe* 20 quidem *om. Ce* 25 ut *om. Ce* 26 a masculo aliquid *Ap* 27 quid *om. Ap* egreditur] exhibetur *Ap* ut *om. Ce* 28-29 accidit autem femella *Ce*

quod accidit quibusdam entomorum. Quod enim in emittentibus operatur sperma in femella, hoc que in animali ipso caliditas et virtus operatur, inferente femella susceptivam spermatis particulam. Et propter hoc talia animalium complectuntur quidem multo tempore, dissoluta autem generant faciliter. Copulata 729b30 quidem igitur sunt usque quando constiterit, quemadmodum genitura : dissoluta autem emittunt fetum velociter : generant enim imperfectum : vermificant enim omnia talia.

Maximum autem signum quod accidit circa aves et piscium genus ovificantium eius quod neque ab omnibus esse particulis 729b35 sperma, neque masculum emittere aliquam talem particulam 730a1 que sit inexistens genito, sed solum virtute que est in genitura animal facere, quemadmodum diximus in entomis, in quibus femella emittit in masculum. Si enim ypenemia forte concipiens 730a5 avis, si post hec coitum patiatur, nondum permutato ovo ex esse totum rubeum ad albificari, prolifica fiunt pro ypenemiis : si vero ab altero coitu tacta et adhuc rubeo existente, secundum eum qui posterius coivit genus provenit totum pullorum. Propter quod quidam, secundum hunc modum eorum qui circa aves 730a10 generosas student faciunt, permutantes primos coitus et posteriores, tamquam non immixto et inexistente, neque ab omni veniente spermate : ab ambobus enim si veniret, haberet utique bis has partes. Sed virtute masculi sperma eam que in femella materiam et alimentum quale quoddam facit. Hoc enim con- 730a15 tingit facere quod posterius supervenit et calefacere et digerere : accipit enim alimentum ovum donec utique creverit.

Idem autem accidit et circa generationem piscium ovificatorum. Cum enim parturierit ova femella, masculus superaspergit 730a20

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 2 que *(ZP)*] *om.* (= Γ^{1}) caliditas *(Z)*] ὑγρότης (= Γ^{1}) 3 susceptivam spermatis (!) particulam *(cf.* τὸ δεκτικὸν τοῦ περιττώματος μόριον *ZΞ)*] τὸ δεκτικὸν τοῦ σπέρματος (= Γ^{1}) 4 et *(ZΞ)*] ὅθεν καὶ (= Γ^{1}) 6 usque quando *(SE)*] μέχρις ἂν 15 nondum *(ZΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 16 totum *(ZPSYE)*] *om.* 22 veniente spermate *(Y)*] ἐλθὸν τὸ σπέρμα veniret] + ὥστε 23 has *(ZS)*] ταὐτά 25 posterius *(ZΞ)*] πρότερον : *om.* Γ^{1} et^{1} *(Z)*] ἐκ τοῦ

Ap, VbBvFaCe 2 que *om. Ap* caliditas] humiditas *Ap* 3 susceptivum *Ap* 3-4 particulam *om. Ap* particulam spermatis *BvCe* 4 et] unde et *Ap* 15 hoc *ApVb* coitum patiatur] coeat *Ap* nondum *om. ApVbCe* 16 pro] ex *Ce* 17 ab] ex *Vb* et *om. VbCe* 24 quiddam *VbBvCe* 24-25 contingit — supervenit] accidit superveniens facere *Ap* 25 quod — calefacere *om. Ce* 27 autem + hoc *ApVb* 28 superspargit *Ap*

thorum : et que utique attigerit, prolifica hec fiunt ova, que autem utique non, agona, tamquam non ad quantum conferente animalibus masculo, sed ad quale.

730a25 Quod quidem igitur neque ab omni provenit sperma emittentibus sperma animalium, neque femella ad generationem sic confert constitutis ut masculus, sed masculus quidem principium motus, femella autem materiam, palam ex dictis. Propter hoc enim neque femella ipsa per se ipsam generat : indiget enim 730a30 principio et movente et determinante (sed in quibusdam animalium, velut avibus, usque ad aliquid natura potest generare : hee enim constituunt quidem, imperfecta autem constituunt ova que vocantur ypenemia), [22] generatio vero eorum que generantur accidit in femella, sed non in masculum, et neque 730a35 ipse masculus emittit genituram neque femella, sed ambo in 730b1 femellam conferunt quod ab ipsis fit, propter in femella esse materiam ex qua est quod conditur. Et confestim hanc quidem copiosam existere necessarium ex qua constituitur conceptus primum, hanc autem supervenire oportet materie, ut augeatur 730b5 conceptum. Quare necesse in femella existere locum : et enim apud lignum faber et apud lutum figulus, et totaliter omnis operatio et motus ultimus apud materiam, velut edificatio in edificatis. Sumet autem utique quis ex hiis qualiter masculus 730b10 confert ad generationem : neque enim masculus omnis emittit sperma, quecumque autem emittunt masculorum, nulla particula hec est eius quod fit fetus, quemadmodum neque a fabro ad lignorum materiam neque provenit nichil, neque particula nulla est tectonice in eo quod fit, sed forma et species ab illo provenit 730b15 per motum in materia, et anima quidem in qua species et scientia

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 9 in] *om.* (= Γ^{1}) 12-13 eorum que generantur (? *τῶν γεννωμένων*)] *τῶν γιγνομένων* (= Γ^{1}) 13 in femella *(ZPSYE)*] *τῷ θήλει* (= Γ^{1}) 13-14 et neque ipse *(cf. καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ Z)*] *οὔτ' αὖ τὸ* (= Γ^{1}) 18 supervenire *(ZP)*] *ἐγγίγνεσθαι* oportet *(ZPΞ)*] *ἀεὶ* ut augeatur *(ZPΞ)*] *εἴπερ δύναται* 19 existere *(Z)*] *ἐνυπάρχειν* locum (? *τόπον*)] *τόκον* (= Γ^{1}) 22 ex hiis] *ἐκ τούτων καὶ (cf. Γ*^{1}*)* 26 neque ... nulla] *οὔτ' ... οὐθὲν* (cf. Γ^{1}) 27 provenit] *ἐγγίγνεται*

Ap, VbBvFaCe 1 thoron *ApVb* 6 sed masculus *om. Ce* 9 in *om. Ap* 11 quidam *ApBv* 12-13 eorum que generantur] factorum *Ap* 13 in femella] femelle *Ap* 13 et *om. ApBvCe* 14 ipse] rursus *Ap* : + in se ipsum *Vb* 16 quod] que *Ce* conducitur *Ce* 18 primus *Ap* 19 locum] fetum *Ap* 22 quis *om. Ap* et ex hiis *Ap* 25 est *om. Ce* quod] qui *ApBvFa* 26 ulla *Ap*

movet manus aut aliquam particulam alteram quali quodam motu, altero quidem a quibus fit alterum, eodem autem a quibus idem : manus autem organa, organa autem materiam. Similiter autem et natura que in masculo sperma emittentium utitur 730b20
5 spermate ut organo, et habente aut motus aut actus, sicut in hiis que secundum artem fiunt organa moventur : in illis enim aliqualiter motus artis. Quecumque quidem igitur emittunt sperma, conferunt hoc modo ad generationem ; quecumque autem non emittunt sperma, sed immittit femella in masculum 730b25
10 aliquid suarum partium, simile visum est facienti, quemadmodum utique si materiam portet quis ad conditorem. Propter infirmitatem enim talium masculorum nichil per altera potest facere natura, sed vix ipsa oblata valetudinem habent motus, et assimilatum est plasmantibus, non per artem factis : non enim per 730b30
15 alterum tangens operatur constitutum, sed ipsa propriis particulis.

[23] In animalibus quidem igitur progressivis separata est femella a masculo, et est alterum animal femella et alterum mas- 730b35
culus, specie autem idem, ut puta homo aut equus utraque : in 731a1
20 plantis autem mixte hee virtutes sunt, et non est separata femella a masculo. Propter quod et generant ipsa ex se ipsis et non emittunt genituram, sed sunt fetus que vocantur spermata. Et hoc bene dicit Empedocles faciens : sic autem ovificant parve 731a5
arbores, primum olivas... ovum enim fetus est, et ex aliquo
25 ipsius fit animal, reliquum autem alimentum, et ex semine et ex parte fit quod nascitur, quod autem reliquum in ipso alimentum fit germini et radici prime. Modo autem aliquo hec accidunt et 731a10
in animalibus habentibus separata femellam et masculum. Cum

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 movet] κινοῦσι (= Γ^{1}) 3 manus — materiam *(Z)*] αἱ δὲ χεῖρες καὶ τὰ ὄργανα τὴν ὕλην 4 que *(PSYE)*] *om.* 5 aut motus aut actus *(Z)*] κινήσεις ἐνεργείᾳ (= Γ^{1}) 9 sperma *(ZSY)*] *om.* (= Γ^{1}) 15 propriis *(ZY)*] τοῖς αὐτοῖς 17 progressivis] πᾶσι τοῖς πορευτικοῖς 19 aut equus *(ZΞ)*] *om.* 22 fetus *(E)*] κύημα 25 et^{1} *(Z)*] *om.* (= *BvFa*) 26 in ipso *(Z)*] *om.*

Ap, VbBvFaCe 1 movent *Ap* 4-5 spermate utitur *Ce* 5 aut^{1} — actus] motus actu *Ap* 7 qualiter *Ap* 9 sperma *om. Ap* 10 faciendi *Ce* 12 enim *om. ApCe* 13 valetudine *Ce* 14 per — factis] fabricantibus *Ap* per artem] partem *Ce* 17 quidem *om. Ap* : quedam *Bv* 20 autem *om. Ce* 21 se *om. Ce* et^{2} *om. Ce* 22 sperma *Ce* 25-26 et ex semine — alimentum *om. Ap* 25 et^{2} *om. BvFa* 25-26 ex^{2} — alimentum *post* **40**.1 generare *Fa*

enim fuerit opus generare, fit non separatum quemadmodum in plantis, et vult natura ipsorum unum fieri : quod quidem apparet secundum visum commixtis et combinatis unum quoddam animal fieri ex ambobus.

731a15 Et que quidem non emittunt sperma multo tempore complexa esse nata sunt, donec constet fetus, velut coeuntia entomorum : hec autem quousque utique emittant aliquam superinductarum ipsius partium, que constituet fetum in pluri tempore quam sanguinem habentia. Hec quidem enim diei aliqua particula
731a20 simul herent, genitura autem in diebus constituit pluribus ; emittentia autem tale absolvuntur. Et ⟨in⟩artificialiter visa sunt animalia quemadmodum plante esse divisa, velut si quis et illa, cum sperma extulerint, dissolvat et separet in inexistens femininum et masculinum.

731a25 Et hec omnia rationabiliter natura operatur. Substantie quidem enim plantarum nullum est aliud opus neque actio nulla nisi spermatis generatio, itaque quoniam hoc per femellam fit et masculum combinata, miscens hec posuit cum invicem : propter quod in plantis non separata femella et masculus. Sed de hiis
731a30 quidem in aliis consideratum est, animalis autem non solum generare opus (hoc quidem enim commune viventium omnium) sed et cognitione aliqua omnia participant, hec quidem ampliori, hec autem minori, hec autem omnino modica. Sensum enim habent, sensus autem cognitio quedam. Huius autem honora-
731a35 bile et inhonorabile multum differt intendentibus ad prudentiam
731b1 et ad inanimatorum genus. Ad prudentiam quidem enim quasi nichil esse videtur participare tactu et gustu solum, ad plantam

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 fuerit opus generare *(ZΞ)*] ἓν γένηται καὶ γεννᾷ (= Γ^{1}) 8-9 quam sanguinem habentia *(ZO*^{c}*)*] τῶν ἀναίμων : quam entoma (?) Γ^{1} 27-**41**.1 ad plantam — mirabile *(ZΞ)*] πρὸς δὲ ἀναισθησίαν μέγιστον (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 fuerit — generare] unum fiant et generatum *(leg.* generant) *Ap* : generant *Vb* non fit *Ap* 1-4 quemadmodum — ambobus *post* 5 emittunt *Ap* 3 combinatis + videtur enim *Vb* 5 completa *Ap* 7 emittunt *Ce* 9 sanguinem habentia] entoma *Ap* quidem *om. Ap* 10 herent] habent *Ap* genituram *Ce* instituitur *Bv* : constituunt *Ce* 11 inartificialiter *ci. Dittmeyer* : artificialiter *codd.* 13 in *om. VbCe* 15 et *om. Ce* 21 enim] est *Ce* 22 cognitiones aliquorum *Ap* omnia *om. Ce* 22-23 amplioris ... minoris *ApVbCe* 23 modice *ApVbCe* 25 ad] et ad *Ap* 26 et ad] ad *Ap* quasi *om. Ce* 27-**41**.1 ad insensibilitatem autem maxime *Ap*

autem aut lapidem mirabile : diligibile enim videbitur hac participare cognitione, sed non poni mortuum et non ens. Differunt autem sensu animalia a viventibus solum. Quoniam autem ne- 731b5
cesse et vivere, si sit animal, cum opportunum habuerit perficere viventis opus, tunc combinatur et miscetur, et fit quemadmodum utique si planta, quemadmodum diximus.

Ostrakoderma autem animalium intermedia existentia animalium et plantarum, quasi in ambobus existentia generibus, neutrorum [solorum] faciunt opus : velut quidem enim planta 731b10
existens non habet femellam et masculum, et non generat in alterum, ut autem animal non fert ex se ipso fructum quemadmodum plante, sed constituitur et generatur ex quadam compactione terrea et humida. Sed de horum quidem generatione posterius dicendum.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 enim *(S)*] + ἄν (= Γ^{1}) 2 mortuum *(Z)*] τεθνεὼς (= Γ^{1}) 9 neutrorum solorum (!) faciunt opus (οὐδετέρων ποιεῖ τὸ ἔργον *ZP)*] οὐδετέρων γίγνεται μόνων ἔργον (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 enim + utique *ApVb* 2 mortuus *Ap* 4 perficere + et *Bv* : *om. Ce* 5 opus *om. Ap* fit] sic *Ap* 6 si *scripsi cum Ap* : velut *cett.* 9 faciunt] habet *(leg.* fit*) Ap* quedam enim quidem *Ap* 10 et^{2} *om. Ap* 11 fert ex] confert *Ce* 13 generatione quidem *Ap*

ARISTOTELIS
DE GENERATIONE ANIMALIUM
LIBER SECUNDUS

731b18 [1] Femella autem et masculus quod quidem sunt principia
731b20 generationis dictum est prius, et que virtus et que ratio substantie
ipsorum ; propter quid autem fiunt, et est hoc quidem femella,
hoc autem masculus, ut quidem ex necessitate et a primo mo-
vente et a quali materia, procedentia temptare oportet dissere
sermonem — ut autem propter melius et causam eam que gratia
alicuius, desuper habet principium. Quoniam enim sunt hec
731b25 quidem sempiterna et divina existentium, hec autem contin-
gentia et esse et non esse, bonum autem et divinum causa semper,
secundum suam naturam, melioris in contingentibus ; quod
autem non sempiternum contingens est et esse et recipere et
deterius et melius, melius autem anima quidem corpore, ani-
731b30 matum autem inanimato propter animam, et esse eo quod
non esse et vivere eo quod non vivere — propter has causas
generatio animalium est ; quoniam enim impotens natura talis
generis sempiterna esse, secundum quem contingit modum,
secundum hunc est sempiternum quod fit. Numero quidem
igitur impossibile — substantia enim entium in singulari : tale
731b35 autem si quidem esset, sempiternum utique esset — specie
732a1 autem contingit. Propter quod semper genus hominum et ani-
malium est et plantarum. Quoniam autem horum principium

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 5 que^{2}] *om.* 11 divina *(Z)*] θειότατα (= Γ^{1}) 21 igi-
tur *(PSb)*] *om.* (= *Ce*)

Ap, VbBvFaCe 1-3 DE GENERATIONE ANIMALIUM LIBER SECUNDUS *Fa* :
om. cett. 4 autem] quidem *ApVbFa*^{2}*Ce* 7 et *om. Ce* 8 a *om. Ce*
10 hec *om. Ce* 11 eonsempiterna *Ce* et] et que *Fa*^{1} *Ce* : que et *Bv* : que
VbFa^{2} divinissima *Ap* 12 et^{1} *om. Ap* 13 melior *Ap* quod]
qui *Ce* 16 autem] quidem *Ce* 20 est *om. ApFa*^{1} : esse *Ce* : etiam *Vb*
quod *scripsi cum Ap* : *om. cett.* 21 igitur *om. Ce* talem *Ce* 22 au-
tem *om. Ap* utique] si *Ap* 23 quod *om. Ce* 24 est] esse *Ce*

femella et masculus, gratia generationis utique erunt femella et masculus in entibus. Meliore autem et diviniore secundum naturam existente causa movente prima, secundum quod ratio existit et species. materia, melius autem separatum esse melius 732a5
a deteriori. Propter hoc in quibuscumque contingit, et secundum quantum, separatus est masculus a femella : melius enim et divinius principium motus, ut masculus, existit hiis que fiunt ; materia autem quod ut femella. Convenit autem et miscetur ad 732a10
operationem generationis femelle masculus ; hec enim communis ambobus. Secundum quidem igitur participare femella et masculo vivunt (propter quod et plante participant vita), secundum sensum autem animalium est genus. Horum autem fere in omnibus progressivis separata sunt femella et masculus propter dictas 732a15
causas ; et horum hec quidem, quemadmodum dictum est, emittunt sperma, hec autem non emittunt in coitu. Huius autem causa quia honorabiliora et per se sufficientissima secundum naturam sunt, ut magnitudine participant. Hoc autem non sine caliditate animali : necesse enim quod maius a pluri moveri virtute, calidum autem motivum. Propter quod quidem, ut est 732a20
dicere ad omne respicientes, sanguinem habentia maiora sunt exsanguibus et gressiva animalia mansivis animalibus, que quidem emittunt sperma propter caliditatem et magnitudinem.

Et de masculo quidem et femella, propter quam causam est utrumque, dictum est. 732a25

Animalium autem hec quidem perficiunt et emittunt deforis simile sibi ipsi, velut quecumque animalificant in palam, hec autem parturiunt inarticulatum, et quod non accepit propriam formam. Talium autem sanguinem quidem habentia ovificant, exsanguia autem vermificant. Differunt autem ovum et vermis : ovum quidem enim est ex quo fit quod fit ex parte, reliquum 732a30
autem est alimentum ei quod fit, — vermis autem ex quo toto

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 4 species *(ZPb)*] + ἢ(= Γ^{1}) autem *(PSYE)*] δὴ + καὶ 5-6 et — quantum *(ZPSYE)*] *om.* (= Γ^{1}) 16 per se sufficientissima *(PY)*] αὐταρκέστερα

Ap, VbBvFaCe 1-2 gratia — masculus *om. Ap* 3 quod] quam *Vb* 4 species + quam Ap^{2} melius^{2} *om. Ce* 5-6 et — quantum *om. Ap* 6 separata sunt *Ap* 7 ut] quod ut *Vb* 8 ut *om. Ce* 9 generationis *om. Ap* 10 amborum *Vb* 12 autem sensum *Ap* 14-15 emittunt] emittit *BvFaCe* 21-22 quidem] quod *Ce* 23 est *om. Ce* 26 ipsis *Vb* 27 quod] qui *Ce* 29 exanguinea *Ap* 30 quod fit *om. Ap*

totum fit quod fit. Eorum autem que ad manifestum simile perficiunt animal, et animalificantium, hec quidem confestim in se ipsis animalificant, velut homo et equus et bos et marinorum
732a35 732b1 delfis et alia talia, hec autem in se ipsis ovificantia primum sic animalificant deforis, ut que vocantur selakhe. Ovificantium autem hec quidem perfectum emittunt ovum, ut aves et quecumque quadrupedia ovificant et quecumque sine pedibus, ut lacerte et tortuce et serpentum plurimum genus (horum enim
732b5 ova, cum exierint, non adhuc accipiunt augmentum), — hec autem imperfecta, ut pisces et malakostraca et malakia vocata : horum enim ova crescunt exeuntia. Omnia autem animalificantia aut ovificantia sanguinem habentia sunt, et sanguinem habentia animalificant aut ovificant, quecumque non totaliter agona
732b10 sunt. Exsanguium autem entoma vermificant, quecumque aut ex coitu fiunt aut ipsa coeunt. Sunt enim quedam talia entomorum que fiunt automata, sunt autem femelle et masculi, et ex combinatis fiunt quedam ipsorum, imperfectum tamen quod fit ; causa autem dicta est prius in alteris.

732b15 Accidit autem multa permutatio generibus. Neque enim bipedia omnia animalificant (aves enim ovificant), neque ovificant omnia (homo enim animalificat), neque quadrupedia omnia ovificant (equus enim et bos et alia decemmilia animalificant),
732b20 neque animalificant omnia (lacerte enim et cocodrilli et alia multa ovificant). Neque in pedes habere aut non habere differunt : et enim que sine pedibus animalificant ut vipere et selakhe, hec autem ovificant, ut piscium genus et aliorum serpentum ; et pedes habentium et ovificant multa et animalificant, ut dicta
732b25 quadrupedia. Et in ipsis utique animalificant et pedes habentia ut homo, et que sine pedibus ut balena et delfis. Sic quidem igitur non est dividere, neque causa differentie huius nullum processivorum organorum, sed animalificant quidem perfectiora secundum naturam animalium et participantia puriori principio :

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 8 lacerte] *σαῦροι P* (= *Γ*^{1}) : *σάτυροι* 16 fiunt *(Z)*] + *μὲν* 30 nullum] neque *Γ*^{1} (? *οὐδὲ*) 30-31 processivorum organorum] coitus organorum *Γ*^{1} (? *τῶν ὀχευτικῶν ὀργάνων*)

Ap, VbBvFaCe 6 ut] velut *ApVb* 8 lacerte] sauroi *Ap* 14 exsanguinum *Ap* aut] autem *BvCe* 15 aut + aput *Ce* ipsa *om. Ap* 23 lacerte] sauroi *Ap* : saudoi *Vb*^{1} krocodeili *Ap* 25 ut] et *Ap* vipere] ekheis *Ap* 27 multum *Ap* 30 nullum *Fa*^{2} : neque *Ap* : neque nullum *VbBvFa*^{1}*Ce* 30-31 processivorum] coitus *Ap*

nichil enim animalificat in se ipso non suscipiens spiritum et 732b30
respirans. Perfectiora autem calidiora secundum naturam, et
humidiora et non terrestria. Caliditatis autem naturalis terminus
pulmo est, quorumcumque sanguinem habens est : totaliter
quidem enim habentia pulmonem calidiora non habentibus, 732b35
horum autem ipsorum que non inanem habent neque immo-
bilem neque pauci sanguinis, sed sanguineum et mollem. Quem- 733a1
admodum autem hoc quidem animal perfectum, hoc autem
ovum et vermis imperfectum, sic perfectum ex perfectiori natum
est fieri. Calidiora autem propter habere pulmonem, sicciora
autem secundum naturam, aut frigidiora quidem humidiora
autem, hec quidem ovificant perfectum ovum, hec autem cum 733a5
ovificaverint animalificant in se ipsis. Aves quidem enim et
folidota propter caliditatem quidem perficiunt, propter siccitatem
autem ovificant ; selakhe autem calida quidem minus hiis, humida
autem magis, quare participant ambobus : et enim ovificant et
animalificant in se ipsis — ovificant quidem quia frigida, ani- 733a10
malificant autem quia humida ; animalificum enim humidum,
longissimum autem ab animato terreum. Quoniam autem neque
pennata neque folidota neque squamata sunt — que sunt signa
sicce et terrestris magis nature — molle ovum generant : sicut
enim neque in se ipso neque in ovo supernatat quod terrestre 733a15
[siccum]. Et propter hoc in se ipsum ovificat : deforis enim pro-
cedens corrumperetur ovum non habens protectionem.

Frigida autem et sicca magis ovificant quidem, imperfectum
autem ovum, et sclirodermum autem propter terrestria esse, et
imperfectum emittitur, ut salvetur custodiam habens quod
testeum. Pisces quidem igitur squamati existentes, et mala- 733a20

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 4 est] *om.* 5 calidiora non habentibus] τῶν μὴ ἐχόντων θερμότερα (= Γ^{1}) 8-9 hoc autem ovum et vermis *(ZΞ)*] ὁ δὲ σκώληξ καὶ τὸ ᾠὸν (= Γ^{1}) 10 calidiora autem] τὰ δὲ θερμότερα μὲν 18 animalificum *(Z)*] ζωτικὸν (= Γ^{1}) 19 terreum (Ξ)] τό γε ξηρὸν (= Γ^{1}) 20 sunt^{2}] *om.* (= Γ^{1}) 22 se ipso *(E)* αὐτῷ quod terrestre *(Z)*] τό γε ξηρὸν (= Γ^{1}) 23 enim] + ἂν

Ap, *VbBvFaCe* 5 non habentibus calidiora *ApVb* 6-7 inanem *et* neque immobilem *om. Ap* 8 hoc — animal] animal quidem *Ap* 8-9 vermis autem et ovum *Ap* : et ovum et vermis *Vb* 10 est *om. Ce* 18 animalificum] vitale *Ap* 19 terreum] siccum *Ap* : *om. Ce* 20 sunt^{2} *om. Ap* 22 neque^{2} *om. Ap* quod terrestre *om. ApFa*^{1} : *post* 23 siccum *Bv* 23 ovificant *Ap* 26 et^{1} + vere *Ce* sclirodermum + demum *Ce* : duripelleum *ApVb*

kostraca terrestria existentia, duripellea ova generant. Malakia autem, sicut ipsa viscosa secundum naturam corporis, sic salvant imperfecta emissa ova : emittunt autem viscositatem multam
733a25 circa fetum. Entoma autem omnia vermificant. Sunt enim omnia exsanguia entoma, propter quod et vermificantia deforis. Ex- 5
sanguia autem non omnia vermificant simpliciter : vicinantur enim invicem entoma et imperfectum parientia ovum, ut squamati pisces et malakostraca et malakia. Horum quidem enim
733a30 ova vermiformia sunt (augmentum enim accipiunt deforis), illorum autem vermes fiunt emissi speciem ovorum habentes : 10
quo autem modo in posterioribus determinabimus.

Prius autem oportet intelligere quam bene et consequenter
733b1 generationem assignat natura. Perfectissima quidem enim et calidiora animalium perfectam tradunt prolem secundum quale (secundum quantum autem universaliter nullum animalium : 15
omnia enim genita accipiunt incrementum), et generant utique hec animalia in se ipsis confestim. Secunda autem in se ipsis
733b5 quidem non generant perfecta confestim (animalificant enim cum ovificaverint primo), deforis autem animalificant. Hec autem animal quidem non perfectum generant, ovum autem generant, 20
et hoc ovum perfectum. Que autem adhuc hiis frigidiorem habent naturam ovum quidem generant, non perfectum autem ovum, sed extra perficitur, quemadmodum squamatorum piscium
733b10 genus et malakostraca et malakia. Quintum autem genus et frigidissimum non ovificat ex se ipso, sed talis extra accidit pas- 25
sio ipsi, quemadmodum dictum est : entoma enim vermificant primo, procedens autem ovodis fit vermis (vocata enim khry-
733b15 sallis virtutem ovi habet), deinde ex hoc fit animal in tertia permutatione accipiens generationis finem. Hec quidem igitur non fiunt animalium a spermate, quemadmodum dictum est et 30
prius : sanguinem autem habentia fiunt omnia a spermate (quecumque ex coitu fiunt), emittente masculo genituram in femellam,
733b20 qua ingrediente animalia constituuntur et accipiunt propriam

---

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 2 viscosa secundum naturam corporis *(Y)*] + ἐστὶ (= Γ^{1}) 3 autem] γὰρ (= *Ce*) 4 enim] δὲ 13 perfectissima *(PY)*] τελεώτερα

Ap, VbBvFaCe 2 viscosa + sunt *ApVb* 3 autem] enim *Ce* 4 omnia[1] *om. BvFa* 7-8 pisces scamati *ApVb* : scamate pisces *Ce* 13 quedam *Ap* 17-18 secunda — confestim *om. Ce* 17 secunda] sed *Bv* : secundum *Fa* autem] omnia *Fa* 25 ex] in *Ce* 27 enodis *Ce* 30 fiunt] sunt *Ap*

formam — hec quidem igitur in ipsis animalibus quecumque animalificant, hec autem in ovis et spermatibus et talibus aliis segregationibus.

De quibus est dubitatio plurima, quomodo quidem fit ex spermate planta aut animalium quodcumque : necesse enim quod 733b25
fit et ex aliquo fieri et ab aliquo et aliquid. Ex quo quidem igitur est materia, quam quedam quidem animalia habent primam in se ipsis, accipientia ex femella, ut quecumque non animalificantur, sed vermificantur aut ovificantur, hec autem usque longe ex femella propter lactare accipiunt, ut quecumque ani- 733b30
malificantur non solum extra, sed et intra. Ex quo quidem igitur fit, talis materia est ; queritur autem nunc non ex quo, sed a quo particule fiunt. Aut enim extrinsecorum aliquid facit, aut inexistens aliquid in genitura et spermate ; et hoc est aut pars aliqua 734a1
anime aut anima, aut habens utique erit animam.

Aliquid quidem igitur extrinsecorum facere unumquodque, aut viscerum aut aliarum partium, irrationabile utique videbitur ; movere enim non tangens impossibile, et non movente pati aliquid ab hoc. In ipso igitur fetu inexistit aliquid iam ipsius parti- 734a5
cula aut separatum. Aliud quidem igitur aliquid esse separatum irrationabile : generato enim animali utrum corrumpitur aut permanet ? Sed nichil tale videtur intus ens, quod non particula totius, aut plante aut animalis, est. Sed adhuc et corrumpi quidem faciens, sive omnes partes sive aliquas, inconveniens : reli- 734a10
quas enim quid faciet ? Si enim illud quidem cor, deinde corruptum est, hec autem alterum, eiusdem rationis aut omnia corrumpi aut omnia manere. Salvatur igitur : ipsius igitur particula aliqua est, que confestim inexistit in spermate. Si autem non est anime nichil quod non corporis est in aliqua particula, animata 734a15
utique aliqua erit particula confestim. Alia igitur quomodo ?

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 igitur *(Z)*] *om.* (= Γ^{1}) 13-14 inexistens] ἐνυπάρχει (= Γ^{1}) 14 aliquid *(Z)*] *om.* (= Γ^{1}) 27-28 particula aliqua *(cf. P)*] μόριον 28 autem *(S)*] + δὴ 29 particula *(P)*] + καὶ (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 igitur *om. ApCe* : enim *Vb* 9 vermificantur aut ovificantur] ad modum vermium pariuntur aut ovorum *Ap* 10-11 animalificant *Ce* 11 et *om. BvFa*^{1}*Ce* 13 fiunt *om. Ap* extrinsecarum *Ap* 13-14 inexistit *Ap* 14 aliquid *om. ApBv* 16 igitur *om. Ap* : *ante* quidem *Bv* 17 irrationale *ApCe* 20 aliquid *om. Ap* 21 irrationale *Ce* 23 et *om. Ap* 26 est *om. Ap* 28 que] quod *ApBvFa* 29 particula + et *ApVb*

Aut enim simul omnes fiunt particule, ut cor pulmo epar oculus et aliarum unaqueque, aut consequenter sicut in vocatis versibus
734a20 Orfei ; ibi enim similiter inquit fieri animal numero et retis plicature. Quod quidem igitur non simul sensu est manifestum ; hec quidem enim videntur inexistentes iam particularum, hec autem non. Quod autem non propter parvitatem non videtur, palam : maior enim secundum magnitudinem existens pulmo corde, pos-
734a25 terius videtur corde in ea que a principio generatione. Quoniam autem hoc quidem prius, hoc autem posterius, utrum alterum facit alterum et est propter consequens, aut magis post hoc fit hoc ? Dico autem puta non cor factum facit epar, hoc autem alterum aliquid, sed hoc post hoc, quemadmodum postquam
734a30 puer vir fit, sed non ab illo. Ratio autem huius quia ab actu ente quod potentia existens fit in natura aut arte factis, quare oportebit formam et speciem in illo esse ut in corde quod epatis. Et aliter autem inconveniens et ficticia ratio. Sed adhuc in spermate
734a35 confestim inexistere aliquam particulam animalis aut plante factam — sive potens sit facere alia sive non — impossibile, si omne ex semine et genitura fit. Palam enim quod a spermate
734b1 faciente fiebat, si quidem confestim inexistit. Sed sperma oportet fieri prius, et hoc opus generantis. Nulla igitur particula possibilis existere. Non igitur habet faciens particulas in se ipso. Sed adhuc neque extra : necesse autem esse alterum horum.
734b5 Temptandum itaque hec solvere : forte enim aliquid dictorum est non simplex, ut puta quomodo quidem ab eo quod extra non contingit fieri. Est quidem enim ut contingit, est autem ut non. Dicere quidem igitur sperma aut a quo sperma nichil differt, si habet motum in se ipso quo illud movebat. Contingit autem hoc

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 aut enim] ἢ γάρ τοι (= Γ^{1}) 3 numero et (Ξ)] *om.* (= Γ^{1}) 4 simul] + καὶ 11 autem^{1} *(ZPY)*] δὴ cor factum facit] corde facto alicubi Γ^{1} (? τῆς καρδίας γενομένης που : *locus corr. vid.*) 16 inconveniens et ficticia ratio *(ZPSYE)*] ἄτοπος ὁ λόγος καὶ πλασματίας (= Γ^{1}) 19 spermate *(SE)*] τὸ σπέρμα 20 oportet *(ZPY)*] τι 27 si] ἢ (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 aut + quidem *ApVb* epar pulmo *Ap* 2 aut consequenter] *lac. Ap* : hiis *Ap*^{2} 3 numero et *om. Ap* : nervo et *Ce* 4 sensu est] est sensorio *Ap* 5 videtur *Vb* inexistens *VbCe* 8 videbitur *VbCe* 10 post] propter *Ce* 11 ut puta *Ap* cor — facit] corde facto alicubi *Ap* 12 aliquod *Ap* 14 potentiam *Ce* 15 quod] quidem *Ce* 16 et — ratio] ratio et fictiva *Ap* 19 omnes] esse *BvFaCe* 21 nullam igitur particulam possibile *Ap* 24 hec *scripsi* : hoc *codd.* 25 est] set *AbVb* 27 si] in quantum *Ap* 28 quo] quod *Ap*

quidem hoc movere, hoc autem hoc, et esse velut automata 734b10
mirabilium. Partes enim quiescentes existunt aliqualiter habentes
potentia, quarum primam cum aliquid moverit extrinsecorum,
confestim habitum fit actu. Quemadmodum igitur in automatis,
modo quidem aliquo illud movet non tangens nunc aliquid,
tetigit tamen, similiter autem et a quo sperma aut quod fecit 734b15
sperma, cum tetigerit quidem aliquid, non tangens autem adhuc,
modo aliquo inexistens motus quemadmodum edificatio domum.
Quod quidem igitur aliquid est quod facit, non sic autem ut hoc
aliquid, neque inexistens ut perfectum primo, palam.

Qualiter autem quidem unumquodque fit, hinc oportet sumere, 734b20
principium facientes primo quidem igitur quia quecumque natura
aut arte, ab actu existente fiunt, ex ente potentia tali. Sperma
quidem igitur tale, et habet motum et principium tale, ut cessante
motu fiat unaqueque particularum et animatum. Non enim est
facies non habens animam neque caro, sed corrupta equivoce 734b25
dicentur hoc quidem esse facies, hoc autem caro, quemadmodum
utique si fierent lapidea aut lignea. Simul autem et omiomera
fiunt et organica, et quemadmodum utique neque dolabram
neque aliud organum dicet quidem utique facere ignem solum,
sic neque pedem neque manum. Eodem autem modo neque 734b30
carnem : et enim huius opus aliquod est. Dura quidem igitur et
mollia et viscosa et fragilia, et quecumque alie tales passiones
existunt animatis particulis, caliditas et frigiditas facient utique,
rationem autem qua iam hoc quidem caro, hoc autem os, non
adhuc, sed motus qui a generante eo qui actu existit, quod est 734b35
potentia ut ex quo fit, quemadmodum et in hiis que fiunt se-
cundum artem : durum quidem enim et molle ferrum facit cali-
dum et frigidum, sed gladium motus organorum habens rationem 735a1

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 potentia *(cf. Γ*^{1}*)*] δύναμιν 10 neque inexistens (οὐδ' ἐννυπάρχον, *cf. P*)] οὐδ' ἐννυπάρχει (= *Γ*^{1}) 12 igitur] *om.* (= *Γ*^{1}) quecumque natura] ὅσα γίγνεται ἢ φύσει 13 ente *(P)*] *om.* (= *Γ*^{1}) 20 dicet quidem utique] φήσαιμεν ἂν (ἂν *om. O*^{c}) 23 tales *(PΞ)*] *om.* (= *Γ*^{1}) 27 ut ex quo (? ᾗ ἐξ οὗ)] ἡ ἐξ οὗ

Ap, VbBvFaCe 1 hoc^{3}] non *Ce* 3 potentia] virtutes *Ap* extrinsecarum *Ap* 6 tamen] eum *Ce* 10 inexistit *Ap* 11 unumquodque *om. Ap* unumquodque quidem fit *Fa* : fit unumquodque *post* oportet *Ce* 12 igitur *om. ApVb* 13 ente *om. Ap* 15 unumquodque *Ap* 16 faciens *ApCe* 17 dicuntur *Ce* 19 dolabrum *FaBv* 20 utique quidem *Ce* 22 et^{2} *om. VbCe* 23 fragilia] laxa *Ap* tales *om. Ap* 26 qui^{1}] quidem *BvCe* qui^{2}] quod *Ce* quod] qui *Ce*

artis. Ars enim principium et species eius quod fit, sed in altero : nature autem motus in ipso ab altera existens natura habente
735a5 speciem actu. Utrum autem habet animam sperma aut non ? Eadem ratio et de particulis : neque enim anima in alio neque una erit preterquam in illo cuius est, neque particula erit non participans, nisi equivoce ut mortui oculus. Palam igitur quod et habet et est virtute. Propinquius autem et longius ipsum
735a10 ipso contingit esse virtute, quemadmodum dormiens geometra vigilante longius, et hic considerante. Huius quidem igitur nulla particula causa generationis, sed quod primum movit extrinsecus. Nichil enim ipsum se ipsum generat ; cum autem factum fuerit,
735a15 auget iam ipsum se ipsum. Propter quod primum fit aliquid, et non simul omnia. Hoc autem necesse fieri primum quod augmentationis principium habet : sive enim planta sive animal, similiter hoc omnibus existit nutritivum. Hoc autem est generativum alterius quale ipsum : hoc enim omnis natura perfecti opus et animalis et plante. Necesse autem propter hoc, quia cum aliquid
735a20 fiat augeri necesse. Genuit quidem igitur synonymum, ut homo hominem, crescit autem per se ipsum. Ipsum igitur aliquid ens augebit. Si itaque unum aliquid et hoc primum, hoc necesse fieri primo. Itaque si cor primo in aliquibus animalibus fit, in
735a25 non habentibus autem cor quod huic proportionale, ex hoc utique erit principium habentibus, aliis autem ex proportionali. Quid quidem igitur est causa ut principium eius que circa unumquodque generationis, ut movens primum et operans, dictum est ad dubitata prius.

735a30 [2] De spermatis autem natura dubitabit utique quis. Sperma enim exit quidem ex animali spissum et album, infrigidatum autem fit humidum, velut aqua et color aque. Inconveniens quidem utique videbitur : non enim ingrossatur aqua calido ; quod autem intrinsecus ex calido exit spissum, infrigidatum

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 5 erit preterquam *(P)*] πλὴν ἔσται (= Γ^{1}) 8 ipso *(Z*^{2}*S)*] αὐτοῦ 25 generationis ut (? γενέσεως ὡς)] γενέσεως (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 4 neque^{2} *om. VbCe* 5 erit preterquam] verumptamen erit *Ap* 6 oculis *ApVb* 7 ipsum + non *VbCe* 8 virtute *om. Ap* 15 hoc^{1} *om. VbCe* nutrimentum *ApBv* 17 quia] quod *Ap* 18 genus *Ce* synonimam *ApVb* 20 si] sed *Ce* 23 utique *ci. Dittmeyer* : igitur *ApVbBvFa* : *om. Ce* 24 quid] que *VbCe* 25 ut *om. Ap* 29 humidum + et *Ce* 30 quidem + enim *Vb*^{1} : *om. Ce* ingrossatum *Ce* aqua + a *Vb*

autem fit humidum. Quamvis congelentur aquosa : sperma 735a35
autem non condensatur positum in gelu sub divo, sed humectatur
tamquam a contrario inspissatum. Sed adhuc neque a calido
inspissari rationabile. Quecumque enim terre plus habent, hec 735b1
constant et inspissantur digesta ut lac. Oportebat igitur infrigi-
datum subtilius exprimere. Nunc autem nichil fit solidum, sed
totum ut aqua. Dubitatio quidem igitur hec est : si quidem enim
aqua, aqua non videtur inspissata a calido, hoc autem egreditur 735b5
spissum et calidum et ex calido corpore ; si autem terre aut
mixtum terre et aque, non oportebat humidum omne fieri et
aqua. Aut non omnia accidentia distinximus ? Non enim solum
inspissatur quod ex aqua et terreo consistit humidum, sed et
quod ex aqua et spiritu, ut puta spuma fit spissior et alba, et 735b10
quanto utique minores et immanifestiores ampulle fuerint, tanto
utique et albior et coniacens magis moles videtur. Hoc ipsum
autem et oleum patitur : inspissatur enim spiritui mixtum,
propter quod et albificatum spissius fit, aquoso quod inerat a 735b15
calido segregato et facto spiritu. Et plumbea mixta aqua aut
etiam oleo ex modico multam molem facit, et ex humido conia-
cens et ex nigro album. Causa autem quia immiscetur spiritus,
qui molem facit et albedinem perlustrat, ut in spuma et nive : 735b20
et enim nix est spuma. Et ipsa aqua oleo mixta fit spissa et alba ;
et enim ab attritione includitur spiritus, et ipsum oleum habet spi-
ritum multum : est enim neque terre neque aque, sed spiritus 735b25
quod pingue. Propter quod et in aqua supernatat : aer enim in
ipso existens quemadmodum in vase fert sursum et supernatat
et causa levitatis est. Et in frigoribus autem et gelu inspissatur
oleum, congelatur autem non ; propter caliditatem enim non
congelatur (aer enim calidus et incongelabilis), propter constare 735b30
autem ipsum et inspissari ut a frigore grossius fit oleum.

Propter has igitur causas et sperma ab intrinseco quidem

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 5 ut *(Ambros. 268 E 6 sup.)*] + καὶ 6 subtilius exprimere (?)] στερεοῦσθαι (= Γ^{1}) 9 autem *(PS)*] + ἐκ (= Γ^{1}) 15 utique] *om.* 24-25 sed spiritus quod pingue *(ZPSYE)*] τὸ λιπαρὸν ἀλλὰ πνεύματος (= Γ^{1}) 31 igitur *(P)*] *om.* (= Γ^{1}) ab intrinseco (ἔσωθεν)] extrinsecus Γ^{1}

Ap, VbBvFaCe 4 rationale *BvCe* 6 subtilius exprimere] solidari *Ap* 8 aqua^{2} *om. ApBv*^{2} 9 autem + ex *Ap* terra *ApVbBvCe* 11 aquam *Fa* 12 terra *Ap* et^{2} *om. ApBv* 22 spissa *om. Ce* 23 ab *om. Ap* : *post* attritione *Bv*^{1} 24-25 quod pingue sed spiritus *ApBv* 26 fert] ut congelabilis sunt *Ce* 31 igitur *om. Ap* ab intrinseco] extrinsecus *Ap* : ab intrinsecus *Bv*

egreditur coniacens et album, ab interiori caliditate spiritum multum habens calidum, exeunte autem, cum exspiraverit
735b35 calidum et aer infrigidetur, humidum fit et nigrum : relinquitur enim aqua et si quid modicum terrestre, sicut in flegmate, et in spermate desiccato.

736a1 Est quidem igitur sperma commune spiritus et aque, spiritus autem est calidus aer : propter quod humidus secundum naturam quia aque. Ktesias enim Knidius que de spermate elefantum dixit, manifeste est mentitus. Ait enim sic indurari desiccatum,
736a5 ut fiat electro simile. Hoc autem non fit : magis quidem enim alterum altero sperma terrestrius necessarium esse, et maxime tale quibuscumque multum terrestre existit secundum molem corporis, spissum autem et album, propter mixtum esse spiritum.
736a10 Et enim album est sperma omnium : Erodotus enim non ait verum dicens nigram esse Ethiopum genituram, tamquam necessarium colore nigrorum omnia esse nigra, et hec videns etiam dentes ipsorum existentes albos. Causa autem albedinis spermatis quia
736a15 est genitura spuma, spuma autem alba, et maxime quod ex paucissimis compositum partibus, et sic parvis ut qualibet ampulla invisibili existente — quod quidem accidit et in aqua et oleo mixtis et contusis, quemadmodum dictum est prius. Visa est autem neque antiquos latere spumosa spermatis existens
736a20 natura : principalem enim deam mixture a virtute hac appellaverunt.

Causa quidem igitur dicte dubitationis dicta est, manifestum autem et propter quid non coagulatur : aer enim incoagulabilis.

[3] Huic autem consequens est dubitare et dicere, si emitten-
736a25 tium in femellam genituram nulla particula est quod ingreditur facti fetus, quo vertitur corpulentum ipsius, si quidem operatur virtute inexistente in ipso. Determinare autem oportet utrum accipit quod constituitur in femella ab ingrediente aliquid aut

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 5 desiccato *(ZPY)*] *ξηραινομένου* 8 quia] + *ἐξ* (= Γ^{1}) 23 enim] *γοῦν* (= Γ^{1}) 26 et propter quid *(P)*] *ὅτι διὰ τοῦτ' (cf. Γ*^{1}*)* 29 quo] *που* 30 autem *(P)*] *τε*

Ap, VbBvFaCe 1 egreditur] provenit *Ap* 5 desiccatum *Vb* 7 humidum *VbFa* 8 quia] que *Ce* : + ex *ApVb* aqua *ApVb* 10 enim] est *Ce* 13 permixtum *VbCe* 15 Ethiopam *Ap* 16 hoc *VbBv* 21 contensis *Ce* 23 enim] igitur *Ap* 26 et — quid] quod et (!) propter hoc *Ap* congelatur *ApVb* incongelabilis *Ap* 27 dicere + et *Ap* 31 accipiat *Ap* aut] vel *Bv*

nichil, et de anima secundum quam dicitur animal (animal au- 736a30
tem est secundum particulam anime sensitivam), utrum inexistit
spermati et fetui aut non, et unde. Neque enim ut inanimatum
utique ponet quis fetum secundum omnem modum privatum vi-
ta : nichil enim minus spermata et fetus animalium vivunt quam
plantarum, et gonima usque ad aliquid sunt. Quod quidem igitur 736a35
nutritivam habent animam manifestum (quia autem primum
hanc necessarium est accipere ex determinatis de anima in aliis
manifestum) : procedentia autem et sensitivam secundum quam 736b1
animal. Non enim simul fit animal et homo, neque animal et
equus, similiter autem et in aliis animalibus : postremo enim fit
finis, proprium autem est quod generationis uniuscuiusque finis.
Propter quod et de intellectu, quando et quomodo accipiunt et 736b5
unde participantia hoc principio, habet dubitationem plurimam,
et oportet intendere secundum virtutem accipere et secundum
quantum contingit.

Nutritivam quidem igitur animam spermata et fetus separa- 736b10
biles palam quia virtute quidem habentia ponendum, actu autem
non habentia, prius quam quemadmodum separata fetuum
trahant alimentum, et faciant talis anime opus : primum quidem
enim omnia visa sunt vivere talia plante vitam. Consequenter
autem palam quia et de sensitiva dicendum anima, et de activa
et de intellectiva : omnes enim necessarium potentia prius habere 736b15
quam actu. Necessarium autem aut non existentes prius advenire
omnes, aut preexistentes omnes, aut has quidem has autem non,
et infieri aut in materia non ingressas in spermate masculi, aut
hic quidem inde venientes, in masculo autem aut deforis ad- 736b20
venientes omnes, aut nullam, aut has quidem, has autem non.
Quod quidem igitur non possibile est omnes preexistere, mani-
festum est ex talibus. Quorumcumque enim principiorum est
operatio corporalis, palam quia hec sine corpore impossibile
existere, ut ambulare sine pedibus ; quare et deforis ingredi

---

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 11 postremo *(PΞ)*] ὕστερον 22 et de activa *(PΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 25 preexistentes omnes] πάσας προϋπάρχουσας (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 7 quia autem] et (est *Ap*) quia *ApVb* primum] principium *Ce* 10 et^{1} — animal^{2} *om. Ce* 13 accipitur *Ap* 17 igitur] enim *Fa* spermata] separata *Ap*^{2}*VbBv* : sperma *Ce* 18 habentia] omnia *Ce* 20 trahunt *ApBvCe* talis *om. Ce* 22 et de activa *om. Ap* : *post* intellectiva *VbCe* 25 omnes preexistentes *Ap* 26 fieri *VbBv* 31 corporalis operatio *Ce*

736b25 impossibile : neque enim ipsas secundum ipsas ingredi possibile inseparabiles existentes, neque in corpore ingredi : sperma enim superfluum permutati alimenti est. Relinquitur autem intellectum solum deforis advenire et divinum esse solum : nichil enim ipsius operationi communicat corporalis operatio.

736b30 Omnis quidem igitur anime virtus altero corpore visa est participare, et diviniore vocatis elementis : ut autem differunt honorabilitate anime et vilitate invicem, sic et talis differt natura ; omnium quidem enim in spermate inexistit quod facit gonima
736b35 esse spermata, vocatum calidum. Hoc autem non ignis neque talis virtus est, sed interceptus in spermate et in spumoso spiritus
737a1 aliquis et in spiritu natura, proportionalis existens astrorum ordinationi. Propter quod ignis quidem nullum generat animal, neque videtur consistens in ignitis neque in humidis neque in siccis nichil : solis autem caliditas et animalium, non solum
737a5 que per sperma, sed et si quid superfluum eveniat a natura existens alterum, tamen habet et hoc vitale principium. Quod quidem igitur que in animalibus caliditas neque ignis neque ab igne habet principium, ex hiis est manifestum.

Geniture autem corpus in quo coegreditur quod animalis principii, hoc quidem separabile existens a corpore, in quibus-
737a10 cumque apprehenditur quod divinum (talis autem est [quod] vocatus intellectus), hoc autem inseparabile, hoc sperma geniture dissolvitur et spiritu repletur, naturam habens humidam et aquosam. Propter quod non oportet querere semper foras ipsum exire, neque particulam aliquam esse constitute forme, sicut
737a15 neque coagulum lac constare faciens ; et enim hoc permutat et particula nulla est constitutarum molium.

De anima quidem igitur, quo modo habent fetus et genitura et quo modo non habent, determinatum est : virtute quidem

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 11-12 spiritus aliquis *(cf.* πνεύματι *PS)*] πνεῦμα (= Γ^{1}) 14 in^{1} *(P)*] *om.* (= Γ^{1}) 19 ex hiis] ἐκ τῶν τοιούτων 20-21 quod animalis principii *(P)*] τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς (= Γ^{1}) 22 talis autem *(PSb)*] talisque Γ^{1} (? τοιοῦτός τε)

Ap, VbBvFaCe 5 corporis *Ap* 8 differt *om. Ce* 12 aliquis *om. Ap* 14 in^{1} *om. Ap* 16 per *om. ApFa*^{1} 20 egreditur *Ce* quod] seminatio *Ap* : alterius quid *Vb* 21 principii + cuius *Ap* : + ct *VbCe* quidem + enim *Vb* 22 autem]-que *ApVb* quod *om. Ap* : *seclusi* 23 hoc^{2} + autem *VbCe* 23-24 dissolvitur geniture *Ce* 25 oportet] est *Ce* 27 neque *om. Bv*^{1}*Fa*^{1} permittat *Ap* 28 molum *ApVbBvCe*

enim habent, actu autem non habent. Spermate autem existente superfluitate et moto motu eodem secundum quem quidem corpus crescit partito ultimo alimento, cum venerit ad matricem, cons- 737a20
tare facit et movet superfluitatem femelle, eodem modo quo quidem ipsum existit motum. Et enim illud superfluum omnes partes habet potentia, actu autem nullam. Et enim has particulas habet potentia, secundum quod differt femella a masculo. 737a25
Sicut enim et ex orbatis aliquando quidem fiunt orbata, aliquando autem non, sic et ex femella aliquando quidem femella, aliquando autem non, sed masculus. Femella enim est quemadmodum orbatus masculus, et menstrua sperma, non purum autem. Unum enim non habet solum, anime principium. Et propter hoc quibus- 737a30
cumque fiunt ypenemia animalium, ambas habet partes constitutum ovum, sed principium non habet, propter quod non fit animatum : hoc enim affert masculi sperma. Cum autem participaverit tali principio superfluum femelle, fetus fit.

Humidis quidem corporeis autem calefactis circumstat, quem- 737a35
admodum in decoctis infrigidatis, perixeron. Omnia autem corpora 737b1
continet viscosum : quod quidem et procedentibus et maioribus factis natura nervi accipit, que quidem continet partes animalium, in hiis quidem existens nervus, in hiis autem proportionale. Eiusdem autem forme est et pellis et vena et ymen et omne tale 737b5
genus : differunt enim hec per magis et minus, et universaliter superhabundantia et defectu.

[4] Animalium autem que quidem imperfectiorem naturam habentia, cum fiat fetus perfectus, animal autem nondum perfectum, emittit deforis. Propter quas autem causas dictum est 737b10
prius. Perfectum autem iam tunc est, cum hoc quidem masculus fuerit, hoc autem femella fetuum, in quibuscumque est hec diffe-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 4 eodem modo] *τὴν αὐτὴν κίνησιν* 5 ipsum existit motum] *αὐτὸ τυγχάνει κινούμενον κἀκεῖνο (cf. Γ*^{1}*)* superfluum] + *καὶ* 6-7 has particulas] *τὰ τοιαῦτα μόρια* 13 ambas *(P)*] *ἀμφοτέρων* (= *Γ*^{1}) 14 propter quod non *(Zb)*] quo *Γ*^{1} (? *δι' ὃ* : *cf. S*) 24 superhabundantia *(PS)*] *ἐν ὑπεροχῇ*

Ap, VbBvFaCe 1 enim *om. Ce* 2 moto] modo *Ap* : mota *Vb* 5 quidem + illud *Ap* 7 quod] quam *ApVb* 8 et *om. Ce* 9-10 sic — non *om. Ap*^{1}*Ce*^{1} 11 masculus orbatus *ApVb* 13 amborum *ApVb* 14-16 ovum — superfluum *om. Ap*^{1} 14 propter quod non] quo *Vb* 17 corporalibus *ApVb* 20 continet *scripsi* : continent *codd.* 23 enim] autem *Ap* 24 infrahabundantur *Ap* 26 fiat *scripsi cum Ap* : fiet *cett.* 28 perfectus *Ap* : perfectis *Ce*

rentia factorum : quedam enim nec femellam generant neque masculum, quecumque neque ipsa fiunt ex femella et masculo,
737b15 neque ex animalibus commixtis. Et de horum quidem generatione posterius dicemus. Animalificantia autem in ipsis perfecta animalium, usque quo utique genuerit animal et deforis emittat, habet connaturale in ipso quod fit animal.

Quecumque autem deforis quidem animalificant, in ipsis autem ovificant primo, cum genuerint ovum perfectum, ab hiis
737b20 quidem aliquibus absolvitur ovum, quemadmodum a deforis ovificantibus, et animal ex ovo fit in femella ; quorundam autem, cum consumptum fuerit quod in ovo alimentum, perficitur a matrice, et propter hoc non absolvitur ovum a matrice. Hanc autem habent differentiam selakhodeis pisces, de quibus poste-
737b25 rius per singula dicendum.

Nunc autem a primis incipiendum primo. Sunt autem perfecta animalia prima, talia autem animalificantia, et horum homo primum. Segregatio quidem igitur fit omnibus spermatis, sicut alterius alicuius superfluitatis. Fertur enim unumquodque in
737b30 proprium locum nichil vim passo spiritu, neque alia causa tali compellente, quemadmodum quidam aiunt trahere pudenda dicentes, sicut ventosas, spiritu vim passis, quemadmodum contingens alibi alicubi progredi non cogentibus hanc super-
737b35 fluitatem humidi aut sicci alimenti, quia exitus ipsarum congregato spiritu coexpellunt. Hoc autem commune in omnibus quecumque oportet moveri, per hoc enim quod est detinere spiri-
738a1 tum infit virtus : quoniam et sine hac violentia egeruntur superfluitates etiam dormientibus, si facile solubilia et plena superfluitate loca fuerint existentia. Simile autem utique et si quis
738a5 dicat plantis a spiritu semper spermata producere ad loca, ad que consueverunt ferre fructum. Sed huius quidem causa, quemadmodum dictum est, omnibus existere particulas susceptivas

---

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 6 in ipso *(PSE)*] ἐν αὐτῷ 7 in ipsis *(SZ*^{2}*)*] ἐν αὐτοῖς 28-29 et si quis dicat (κἂν εἴ τις φαίη)] et si quid videatur Γ^{1}

Ap, VbBvApCe 2 ipsi *Ap* 6 quod fit] factum *Ap* 9 a] ad *Ap* 21 spiritu + autem *ApVb* : + a *Ce* 22 alibi] alicui *Bv*^{1}*Ce* 23 humidi *in loco pauciorum Ap* ipsorum *Ap* : *om. VbCe* 24 coexpellit *Bv* : expellit *VbCe* 25-26 per obtinere enim spiritus *(leg.* spiritum*) Ap* : quia et per tenere spiritum *Vb* 26 egerimus *Ce* 27 facile solubilia *lac. Ap* 28-29 quis dicat] quid videatur *Ap*

superfluitatibus inutilibus, velut sicce et humide, et sanguini vocatas venas.

Femellis quidem igitur circa locum matricum, scissis desursum 738a10
duabus venis, magna et aorti, multe et subtiles vene terminantur
ad matrices, quibus repletis ex alimento, et natura propter frigiditatem digerere non potente, segregatur propter subtilitatem venarum in matrices, non potentibus propter angustiam susci- 738a15
pere excessum multitudinis, et fit passio velut emorrois. Certitudinaliter quidem igitur periodus non est statuta mulieribus, vult autem decrescentibus fieri mensibus rationabiliter : frigidiora enim corpora animalium, cum et ambiens contingat fieri tale, 738a20
mensium autem concursus frigidi propter lune defectum, propter quod et hyemales accidit esse concursus mensium magis quam intermedia. Permutata quidem igitur in sanguinem superfluitate volunt fieri menstrua secundum dictam periodum, non digeste 738a25
autem secundum modicum semper aliquid egreditur : propter quod et alba parvis adhuc et pueris existentibus fiunt femellis. Mensurate quidem igitur ambe iste egressiones superfluitatum corpora salvant, velut facta purificatione superfluitatum, que languendi causa corporibus ; non factis autem, aut pluribus fac- 738a30
tis ledunt : faciunt enim aut infirmitates aut corporum destructionem, propter quod et alba continue facta et excedentia crementum auferunt puerorum.

Ex necessitate quidem igitur superfluitas hec fit femellis propter dictas causas : non potente enim digerere natura necesse super- 738a35
fluum fieri, non solum inutilis alimenti, sed et in venis, superhabundare multiplicatum secundum subtilissimas venas. Gratia autem melioris et finis natura derivat ad locum hunc generationis 738b1
gratia, ut quale futurum erat tale fiat alterum : iam enim existit potentia ens tale qualis quidem est corporis segregatio. Femellis quidem igitur omnibus necessarium fieri superfluum, sanguineis 738b5

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 17 et^{1}] *om.*

Ap, VbBvFaCe 1 velut] ut velut *Ap* 4 multe et] et multe *Ap* : multe *Vb* : *om. Ce* 7 matricibus *Ap* 9 statutum *Ce*^{1} vult] universaliter *ApCe* 10 mensibus fieri *Ce* 11 contingit *ApBvFaCe* 17 alba + et *Ce* : albe *Ap* 18 egestiones *ApVb*^{1} 19 corpus *Ap* 20 aut *om. Ce* 21 corporis *Ap* 22 albe ... facte et excedentes *ApVb* 27 multiplicata *Ap* 29 futurum erat] factum exit (*leg.* erit) *Ap* 30 quale *Ap* quidem + etiam *Vb* : *om. Ce* 31 fieri *om. BvFaCe*

quidem plus, et horum homini plurimum : necesse autem et aliis congregari aliquam collectionem in matricalem locum. Causa autem quod sanguineis plus, et horum quod plus hominibus,
738b10 dicta est prius. Eius autem quod in femellis quidem omnibus existit superfluum tale, in masculis autem non omnibus : quedam enim non emittunt genituram, sed sicut que emittunt eo qui in genitura motu operantur constitutum ex ea que in femellis materia, sic talia in eo qui in ipsis motu in particula hac, unde segre-
738b15 gatur sperma, idem faciunt et constituunt. Hoc autem est locus qui circa succinctorium omnibus habentibus : principium enim nature cor et proportionale, quod autem deorsum appositio et huius gratia. Causa itaque eius quod masculis quidem non omnibus esse superfluum generativum, femellis autem omnibus, quia
738b20 animal corpus animatum est. Oportet autem exhibere femellam materiam, masculus autem operans. Hanc enim dicimus habere virtutem ipsorum utrumque, et esse hoc quidem femellam, hoc autem masculum horum. Itaque femellam quidem necessarium exhibere corpus et molem, masculum autem non necessarium :
738b25 neque enim organa necesse inexistere in hiis que fiunt neque faciens. Est autem corpus quidem ex femella, anima autem ex masculo : anima enim substantia corporis alicuius est. Et propter hoc quecumque non omogeneorum miscentur femella et masculus (miscentur autem quorum equalia tempora et prope gestationes,
738b30 et quorum magnitudines corporum non multum distant), quod quidem primum secundum similitudinem fit commune ambobus, ut puta que generantur ex vulpe et cane et perdice et gallo, procedente autem tempore et ex alteris altera facta, in fine evenit forma secundum femellam, quemadmodum spermata advena
738b35 secundum regionem. Hec enim materiam exhibens et corpus sper-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 homini *(PY)*] ἀνθρώποις (= Γ^{1}) 3 hominibus *(PSYE)*] *om.* 5 que emittunt *(PSYO*^{c}*Ξ)*] τὰ προειρημένα (= Γ^{1}) 8 in^{1} *(codd.)*] *om.* Ξ (= *Vb*) 11 quod autem *(P)*] καὶ τὸ (= Γ^{1}) 14-15 oportet autem exhibere femellam materiam (Ξ)] ἀεὶ δὲ παρέχει τὸ μὲν *(om.* Γ^{1}*)* θῆλυ τὴν ὕλην (= Γ^{1}) 24 quorum] *om.*

Ap, VbBvFaCe 1-3 homini — horum *om.* $Bv^{1}Fa^{1}$ hominibus *ApVbFa*^{2} 3 quod^{1}] quia *Ce* 6 que emittunt] predicta *Ap* 8 in^{1} *om. Vb* 11 quod autem] et *Ap* et *om. ApCe* 13 esse — generativum *om. Ce* quia] quod *Ap* 14 oportet — femellam] semper autem exhibet femella *Ap* 17 horum *om. Ce* 18 necessarium *om.* $Fa^{1}Ce$ 19 que] qui *Ce* 22 *et* 23 miscentur *Ce* 23 prope gestationes] vicine conceptiones *ApVb* 27 et] secundum *Vb* : *om.* Fa^{1} 29 exhibent *Ce*

matibus est. Et propter hoc femellis particula susceptiva non adest, sed habent distensionem matrices ; masculis autem emit- 739a1
tentibus sperma pori, sine sanguine autem hii. Superfluorum autem unumquodque simul et in propriis locis est, et fit super-
5 fluum ; prius autem nichil, si non aliquid violentia multa et preter naturam. Propter quam quidem igitur causam segregantur super- 739a5
flua generativa animalibus dictum est.

Cum autem venerit sperma a masculo emittentium sperma, constat purissimum superflui — plurimum enim inutile et in
10 menstruis est humidum, quemadmodum et masculi geniture humidissimum et eius que ad semel emissionis. Et prior matricis 739a10
agonos magis plurimis : minorem enim habet caliditatem animalem propter indigestionem, digestum autem grossitiem habet et corpulentum factum est magis. Quibuscumque autem non fit
15 deforis emissio aliqua, aut mulierum aut aliorum animalium, propter non inexistere inutile multum superfluum in segre- 739a15
gatione tali, tantum est quod intus factum, quantum quod relinquitur deforis emittentibus animalibus, quod constare facit masculi virtus que in spermate segregato, aut in masculum veniente
20 particula proportionali matricibus, quod in quibusdam entomorum videtur eveniens. 739a20

Quod autem que fit humiditas cum delectatione femellis nichil confert ad fetum, dictum est prius. Maxime autem utique videbitur, quia quemadmodum masculis fit et mulieribus noctu quod
25 vocant pollui. Sed hoc signum nullum : fit enim et iuvenibus masculorum futuris quidem, nondum autem emittentibus, aut 739a25
emittentibus agonum.

Sine quidem igitur masculi emissione in coitu impossibile concipere, et sine muliebrium superfluitate, aut deforis proce-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1-2 non adest (? *οὐ πρόσεστιν*)] *οὐ πόρος ἐστὶν* (= Γ^{1}) 2-3 emittentibus sperma pori *(PSE)*] *πόροι τοῖς σπέρμασι προϊεμένοις* (= Γ^{1}) 11 matricis] *τῆς ὑστέρας (i. e. posterioris)* 19 que *(PSE)*] *ἥ* 20 quod] *ὅπερ* 26 nondum] *μηθὲν* (= Γ^{1}) 28 in *(P)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 2 adest] est porus *Ap* distinccionem *Ce* matricis *Ap* masculis autem *om. Ce* 2-3 emittentibus — pori] pori spermatibus que emittuntur *Ap* 4 similis *Ap* 14 factum *om. Ap* 17 introfactum *Ce* 17-18 relinquitur] intelligitur *Ce* 18-19 masculi] spermatis *Ap* 19 segregata *Ap* 23-24 videbatur *Ap* 25 exoneirottein vel pollui *ApVb* 26 quidem *om. Ap* nondum autem] autem nondum *Bv* : nichil autem *(bis) Ap* autem emittentibus *om. VbCe* 28 in *om. Ap*

dente aut intus sufficienti existente. Non accidente tamen con-
739a30 sueta fieri femellis delectatione circa collocutionem talem concipiunt, si fuerit locus dispositus, et descendentes matrices prope. Sed ut in pluribus evenit illo modo propter conclusum esse os facta segregatione, cum qua consuevit fieri et masculis delectatio
739a35 et mulieribus : sic autem habente prosperatur magis et spermati masculi.

Dimissio autem non intus fit, quemadmodum putant quidam (angustum enim os matricum), sed ad anterius, ubi quidem femella
739b1 emittit eum qui in aliquibus ipsarum humorem factum, hic et masculus emittit, si quis extra ponat. Aliquando quidem igitur manet hunc habens modum, aliquando autem, si fuerit mensurate se habens et calida propter purificationem matrix, intus
739b5 trahit. Signum autem : et enim que anterius humida apposita auferuntur sicca. Ahuc autem quecumque animalium penes succinctorium habent matrices, quemadmodum avis et piscium animalificantes, impossibile illuc non trahere sperma, sed dimissum venire. Trahit autem genituram locus propter caliditatem
739b10 existentem. Et menstruorum autem segregatio et congregatio incendit caliditatem in particula hac, itaque quemadmodum obstructa vasorum, cum calido conclusa fuerint, trahunt aquam ad se ipsa concluso ore. Et hoc quidem modo fit attractio, ut
739b15 autem quidam dicunt particulis organicis ad coitum non fit secundum nullum modum. E contrario autem accidit dicentibus emittere etiam mulierem sperma : emittentibus enim extra matricibus accidit rursum intus attrahere, si quidem miscebitur geniture
739b20 masculi. Sic autem fieri superfluum ; natura autem nichil facit superfluum.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 dispositus] aptus Γ^{1} : *ὀργῶν* 6 spermati *(ZPSYE)*] *σπέρμα* 11 extra ponat] *ἐξικμάσῃ* 12 habens *(Y)* *ἔχοντα* 14 que anterius *(SYE)*] *τὰ πρόσθετα* (= Γ^{1}) 15 auferuntur *(P)*] *ἀφαιρεῖ τὰ* C^{a} (= Γ^{1}) 21 obstructa (?)] *ἀκώνητα* : *om.* Γ^{1} cum conclusa fuerint] *ὅταν ... διακλυσθῇ*

Ap, VbBvFaCe 1 sufficiente *Ce* 2 delectatione femellis *ApVb* locutionem *Ap* : collusionem *Ce* 3 dispositus] aptus *Ap* 4 os *om. Ap* : hos *Bv* 5 segregatione facta *Ce* 6 et^{2} *om. ApVbFa*^{1} 8 autem + masculi *Ap* 10 ipsorum *ApBv* 11 quid *VbCe* 14 que anterius] adicibilia *Ap* 15 auferunt *ApCe* 17 illud *Ap* 19 autem *om. FaCe* 20 intercidit *Ap* : intendit *Fa* 21 obstructa *om. Ap* conclusa] *leg.* colluta ? 22-24 orc — modum *om. Ap* 24 modum nullum *Ce* 25 emittentibus] procedentibus *Ap* extra] contra *Ap* 26 miscebatur *Ap*

Cum autem constans fuerit in matricibus segregatio femelle a masculi genitura, simile faciente quemadmodum in lactis coagulo : et enim coagulum est lac caliditatem vitalem habens, que simile ad unum ducit et constare facit, et genitura ad naturam menstruorum hoc passa est : eadem enim est natura lactis et menstruorum. 739b25 Conveniente autem corporeo segregatur humidum, et circumstant in circuitu desiccatis terrestribus ymenes, et ex necessitate et gratia alicuius : et enim calefactorum necesse desiccari extrema et infrigidatorum, et oportet non in humido animal esse sed separatum. 739b30 Vocantur autem horum hii quidem ymenes, hec autem choria, differentia per maius et minus : similiter autem inexistunt in ovificis hec et animalificis. Cum autem constiterit fetus iam simile facit seminantibus. Principium quidem enim et in spermatibus in ipsis est primum : cum autem hoc segregetur inexistens potentia prius, ab hoc emittitur germen et radix. Hec autem est que alimentum accipit : indiget enim incremento planta. Sic et in 740a1 fetu modo quodam omnibus inexistentibus particulis potentia principium in promptu maxime inexistit. Propter quod segregatur primum cor actu. Et hoc non solum in sensu palam (accidit enim 740a5 sic) sed et in ratione. Cum enim ab ambobus segregatum fuerit, oportet ipsum se ipsum disponere quod fit, quemadmodum emancipata proles a patre. Quare oportet principium habere a quo et posterius dispositio corporis fit animalibus. Si enim ab extrinseco unde quandoque erit, et posterius intus futurum, et non solum 740a10 quidem dubitabit utique aliquis quando, sed quia necesse, cum unaqueque separabitur particularum, hoc existere primum ex quo et augmentum existit, et motus aliis particulis. Propter quod quicumque dicunt, quemadmodum Democritus, exteriora primum distingui animalium, posterius autem interiora, non 740a15

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 et enim *(ZPSYE)*] ἡ γὰρ 6 autem *(ZPSYE)*] δὴ 14 in ipsis *(PE)*] ἐν ἑαυτοῖς (= Γ^{1}) 23 corporis *(ZPSYEΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 24 unde *(P)*] *om.* (= Γ^{1}) et^{2} *(P)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 segregatio *om. Ce* 3 coagulum] pytici *(leg.* pytia) *Ap* 4 genituram *Ce* 5 eandem *Ap* enim *om. Ap* est *om. FaCe* 7 circuitu + matricibus *Ap* ymenes *om. Ap* 8 extrema] menstrua *Ap* 11 coria *ApVbFa* 13 seminatis *Vb* : summatis *Ap* 14 in + se *Ap* : *om. Vb* segregatur *BvFaCe* 17 inexistentibus omnibus *Ce* 21-22 emancipata] est mancipata *Ce* 22 a quo *om. Ap* 23 corporis *om. Ap* 24 unde *om. Ap* quandoque] quidem *Ap* intus futurum] affuturum *Ap* et^{2} *om. ApVb* 25 quidem *om. Fa* : quod *Ce* utique *om. Ap* 27 motis *Ce*

recte dicunt, quemadmodum ligneorum aut lapideorum animalium. Talia quidem enim non habent principium omnino, animalia autem omnia habent et intus habent. Propter quod primum cor videtur determinatum omnibus sanguinem habentibus : principium enim hoc et omiomerorum et anomiomerorum.
740a20 Iam enim principium hoc dignum appellare animalis et compactionis cum indiguerit alimento : quod enim iam existens et augetur. Alimentum autem animalis ultimum sanguis et proportionale. Horum autem vas vene : propter quod cor etiam horum principium. Palam autem hoc ex historiis et anathomiis.

Quoniam autem potentia quidem iam animal, imperfectum
740a25 autem, aliunde necessarium accipere alimentum ; propter quod utitur matrice et habente, velut terra planta, ut accipiat alimentum, donec utique perficiatur ad esse iam animal potentia processivum. Propter quod ex corde duas venas primas natura pro-
740a30 traxit : ab hiis autem venule orte sunt ad matricem vocate umbilicus. Est enim umbilicus vena, hiis quidem una, hiis autem plures animalium. Circa has autem tegumentum pelleum vocatum umbilicus est, propter indigere salute et tutela venarum debilitatem. Vene autem velut radices ad matricem copulantur, per
740a35 quas accipit fetus alimentum. Huius enim gratia in matricibus manet animal, sed non, ut Democritus ait, ut plasmentur partes
740b1 secundum partes habentis. Hoc enim in ovificantibus manifestum: illa enim in ovis accipiunt segregationem separata a matrice.

Dubitabit autem utique aliquis, si sanguis quidem alimentum est, cor autem primum sit sanguineum existens, sanguis autem
740b5 alimentum, alimentum autem ab extrinseco, unde intravit primum alimentum ? Aut hoc non verum, quod omne ab extrinseco, sed confestim quemadmodum in spermatibus plantarum inest aliquid tale quod vocatur lacteum primum, sic et in materia animalium superfluum compactionis alimentum est. Augmentatio
740b10 quidem igitur fetui fit per umbilicum, eodem modo quo per radices

---

O^e *(ZPSYEΞ)* 7 iam] δὴ et] *om.* 15 primas *(P^2Ξ)*] πρῶτον (= Γ^1) 16 vocate] ὁ καλούμενος 18 vocatum] ὁ καλούμενος 19 est *(P)*] *om.* (= Γ^1)

Ap, VbBvFaCe 3 animalia] alia *FaCe* 4 determinatum + in *Vb* 6 hoc principium *ApVb* 7 indigent *Ce* quod — existens] existens quidem enim *ApVb* : + iam *Vb* 9 etiam *om. Ap* : *ante* cor *Ce* 12-13 propter — alimentum *om. Ce* 15 primo *Ap* 19 est *om. Ap* 24 matrice] matre *BvFaCe* : vulva *Ap* 30 vocatur *om. Ce* sic] fit *Ce*

plantis (et animalibus ipsis, cum absolvantur, ab alimento quod in ipsis), de quibus posterius dicendum secundum tempora convenientia sermonibus. Disgregatio autem fit particularum non, ut quidam suspicantur, propter natum esse ferri simile ad simile (cum multis enim aliis impossibilitatibus, quas habet sermo iste, 740b15 accidit seorsum unamquamque fieri particularum omiomerarum, ut puta ossa per se ipsa et nervos, et carnes per se ipsas, si quis acceptat causam), sed quia superfluum femelle potentia tale est quale natura animal, et insunt potentia particule, actu autem 740b20 nulla, propter hanc causam fit unumquodque ipsorum, et quia factivum et passivum, cum tetigerint, quo modo est hoc quidem factivum, illud autem passivum (modum autem dico quod ut et ubi et quando [tunc]), statim hoc quidem facit, hoc autem patitur. Materiam quidem igitur exhibet femella, principium autem 740b25 motus masculus. Sicut autem que ab arte fiunt, fiunt per instrumenta — est autem verius dicere per motum ipsorum ; hic autem est operatio artis, ars autem forma factorum in alio — sic nutritive anime virtus, sicut in ipsis animalibus et plantis posterius 740b30 ex alimento facit augmentum, utens ut organis caliditate et frigiditate (in hiis enim motus illius, et ratione aliqua unumquodque fit), sic et a principio consistit quod natura fit. Eadem enim est materia qua augetur, et ex qua constituitur primum, 740b35 quare et factiva virtus idem ei quod a principio ; maior autem hoc est. Si igitur hec est nutritiva anima, hec est et generativa, et hec est natura uniuscuiusque, inexistens et in plantis et in 741a1 animalibus omnibus. Alie autem particule anime hiis quidem existunt, hiis autem non existunt animalium. In plantis quidem igitur non est separata femella a masculo : in animalibus autem in quibus separata sunt, indiget femella masculo. 741a5

[5] Quamvis aliquis dubitabit propter quam causam. Si quidem habet femella talem animam, et materia superfluum femelle est,

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 12 quod ut *(ZPSYE)*] τὸν ὡς (= Γ^{1}) 12-13 et ubi et quando tunc (!) (καὶ οὗ καὶ ὅτε *Z*)] καὶ οὗ τότε (= Γ^{1}) 25 in^{2} *(ZPSE)*] *om.* 29 indiget femella masculo] προσδεῖται τοῦ θήλεος τὸ ἄρρεν 31 talem (Ξ)] τὴν αὐτὴν (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 ipsis animalibus + est *Vb* : animalibus ipsis est *Ce* 5 impossibilibus *FaCe* 6 unaquaque *Ap* 12 modum autem] hunc autem modum *ApVb* quod ut] eum qui ut *Ap* 13 et quando *om. Ap* 23 idem + est *VbCe* 29 femella + a *Ce* 31 talem] eandem *Ap* et si superfluum femelle materia est *Ap* est *om. BvCe*

quid indiget masculo, sed non ipsa ex se ipsa generat femella ?
741a10 Causa autem quia differt animal a planta sensu : impossibile autem faciem aut manum aut carnem esse aut aliam aliquam particulam non inente sensitiva anima, aut actu aut potentia, et aut secundum quid aut simpliciter : erit enim velut mortuus aut mortui particula. Si igitur masculus est factivus talis anime, ubi
741a15 separata sunt femella et masculus, impossibile femellam ipsam ex se ipsa generare animal : quod enim dictum est esset esse masculum, quoniam quod habet rationem dicta dubitatio manifestum in avibus ypenemia parientibus, quia potest usque aliquid femella generare. Adhuc autem habet et hoc dubitationem,
741a20 quo modo aliquis ipsarum ova dicet vivere. Neque enim sic ut gonima ova contingit (fieret enim ex ipsis actu animatum) neque sic quemadmodum lignum aut lapis. Est enim et horum ovorum corruptio quedam, tamquam participantibus modo aliquo vita prius. Palam igitur quod habent quandam animam potentia. Qualem igitur hanc ? Necesse itaque novissimam. Hec autem
741a25 est nutritiva ; hec enim existit omnibus similiter animalibus et plantis. Propter quid igitur non perficiunt partes et animal ? Quia oportet sensitivam ipsam habere animam : non enim sunt quemadmodum plante partes animalium. Propter quod indigent masculi communione : separatus est enim in hiis masculus. Quod
741a30 quidem et accidit : ypenemia enim fiunt gonima, si in aliquo tempore masculus desuper coeat. Sed de horum quidem causa posterius determinabitur.

Si autem est aliquod genus animalium quod femella quidem est, masculum autem non habet separatum, contingit hoc animal ex se ipso generare. Quod quidem digne pro fide non considera-
741a35 tum est usque nunc, facit autem dubitare in genere piscium : vocatorum enim erythrinorum masculus quidem nullus visus est umquam, femelle autem et fetuum plene. Sed horum quidem experientiam nondum habemus dignam fide, neque autem femi-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 autem *(ZPS)*] τε (= Γ^{1}) 16 quandam animam potentia *(P)*] τινὰ δυνάμει ψυχικὴν 21 propter quod *(ZPb)*] διότι (= Γ^{1}) 26 animalium *(PΞ)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap, *VbBvFaCe* 1 quid] quod *Bv* : quidem *FaCe* 3 autem] -que *Ap* 5 velut] ut *Ap* 8 animal generare *Ce* 17 itaque] utique *Vb* 18 animalibus *om. Ap* 21 animalium partes *Ce* propter *om. Ap* 26 animalium *om. Ap* : *ante* genus *Vb* 30 visum *Bv* : *om. Ce*

nina neque masculina et in piscium genere sunt, puta anguille 741b1
et quoddam genus kestreorum circa telmatieos fluvios. In quibuscumque autem separata sunt femella et masculus, impossibile ipsum per se ipsum femininum generare ad finem : masculinum enim frustra utique esset, natura autem nichil facit frustra. 741b5
Propter quod in talibus semper masculinum perficit generationem. Facit enim hoc sensitivam animam, aut per se ipsum aut per genituram.

Inexistentibus autem in materia potentia particulis, cum principium fiat motus, ut in automatis mirabilibus, connectitur quod deinceps ; et quod volunt dicere quidam naturalium, ferri 741b10
ad simile, dicendum non ut locum permutantes particulas moveri, sed manentes et alteratas mollicie et duricie et coloribus et aliis omiomerorum differentiis, facte actu que erant entia potentia prius. Fit autem primo principium. Hoc autem est cor sanguinem 741b15
habentibus, aliis autem analogum, ut dictum est sepe. Et hoc manifestum non solum secundum sensum, quod fit primum, sed et circa consummationem : deficit enim vivere hinc ultimo, accidit autem in omnibus quod ultimo factum est prius deficere, quod 741b20
autem primo ultimo, tamquam natura per canalem currente et revoluta ad principium unde venit. Est quidem enim generatio ex non ente ad ens, corruptio autem ex ente iterum ad non ens.

[6] Fiunt autem post principium, quemadmodum dictum est, 741b25
interiora prius exterioribus. Videntur autem priora magnitudinem habentia minoribus, neque quedam facta prius. Primum autem dearticulantur que supra dyazoma, et differunt magnitudine : quod autem inferius et minus et indistinctius. Et hoc fit in omni- 741b30
bus in quibuscumque superius et inferius determinata sunt, nisi in entomis ; horum autem et in vermificatis ad superius incremen-

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 et *(ZPSYE)*] *om.* (= Γ^{1}) anguille *(ZPSYE)*] ἔγχελυς (= Γ^{1}) 5 utique — frustra^{2} *(PΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 19 factum est *(PE)*] γινόμενον prius] πρῶτον 21 quidem enim *(O*^{c}*)*] γὰρ ἡ μὲν *cett.* (= Γ^{1}) 28 in^{2}*(SE)*] *om.* 29 et] *om.* superius *(ZPSYEΞ)*] κάτω

Ap, VbBvFaCe 1 et *om. Ap* puta] ut *Ap* anguilla *ApCe* 2 telmatieos *scripsi* : tolmaticos *Ap* : tolmatieos *BvFa* : colinaticos *VbCe* 4 femineum *Ce* 5 utique — frustra^{2} *om. Ap* 6 semper *om. Ce* 7 enim] est *Ap* 15 primum *ApVb* : prius *Fa* 17 sed *om. Ap* 18 hinc vivere *Ap* : vivere hoc *Bv* 21 enim quidem *Ap* 25 minoribus vel minorum *Ap* neque *scripsi (cf. Ap)* : nichil *VbBvFaCe* neque quedam] non autem aliqua [neque quedam] *Ap* 26 diazoma + que *VbCe* 27 et^{2} *om. VbCe* in *om. BvFa*

tum fit : quod enim sursum a principio minus. Indeterminatum autem et sursum et deorsum malakiois solis processivorum.
741b35 Quod autem dictum est accidit et in plantis, priorare generatione quod sursum kytos eo quod deorsum : radices enim prius producunt spermata quam germina.

Determinantur autem partes animalium spiritu, non tamen neque eo quod generantis neque eo quod ipsius, quemadmodum
742a1 quidam physicorum aiunt. Manifestum enim hoc in avibus et piscibus et incisis. Separata enim ab ea que genuit fiunt ex ovis, in quo accipiunt dearticulationem : hec autem totaliter non
742a5 respirant animalium, vermificantur autem et ovificantur ; respirantia autem et in matrice accipientia dearticulationem non respirant prius quam pulmo accipiat finem ; dearticulantur autem et hic et anteriores partes ante respirare. Adhuc autem que multe scissionis quadrupedum, ut canis leo lupus vulpis leopardus,
742a10 omnia ceca generant, et distenditur palpebra ab hiis que fiunt posterius. Quare palam quia eodem modo et in aliis omnibus, quemadmodum et quantum, et quale fit potentia preexistens, actu autem posterius, ab eisdem causis a quibus quidem et quod quale determinatur — et fiunt duo ex uno. Spiritum autem
742a15 existere necessarium ubi humidum et calidum, hoc quidem faciente hoc autem paciente.

Antiquorum autem quidam physiologorum que post quam fit particularum conati sunt dicere, non valde experte habentes accidentibus. Particularum enim, quemadmodum et in aliis,
742a20 nata est esse altera altera prior. Prius autem iam multipliciter est : quod enim cuius gratia et quod huius gratia differunt, et hoc quidem generatione prior ipsorum est, hoc autem substantia. Duas autem differentias habet et quod huius gratia : hoc quidem

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 2 et^{1} *(ZPSY)*] *om.* 8 enim *(ZSb)*] δὲ *(v. l. Ap)* 21 ubi (Ξ)] ὅτι (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 indeterminatum + est *Ce* 2 solum *BvFa* solis + gressibilium *Ap* 7 quod^{1}] qui *ApVbFa*^{2} quod^{2}] qui *ApVbFa* 8 aiunt] dicunt *Bv* enim + autem *Ap* 11-13 animalium — respirant *om. Ap*^{1} 12 matrice] vulva *Ap*^{2} : matre *VbFaCe* 14-15 que — scissionis] polyschida *ApVb*^{1} 15 quadrupedium *ApVb* 17 et in aliis *om. Ce* 18 prius existens *Ap* : preexistens prius *VbCe* 19 quod *om. Ap* : quod + et *VbCe* 21 necessarium existere *VbFa* ubi] quia *Ap* 23 physiologizantium *Ap* post] prius *Ap* 28 ipsarum *ApBvFaCe* substantia] secunda *Ce* est *om. Ap*

enim est unde motus, hoc autem quo utitur quod cuius gratia. Dico autem puta generativum et organicum ei quod fit : horum 742a25
enim hoc quidem existere oportet prius, quod factivum, ut docens discente, fistulas autem posterius a discente fistulare : superfluum
5 enim non †superexistentibus† existere fistulas. Tribus autem existentibus — uno quidem fine quem dicimus esse cuius gratia, duobus autem hiis que huius gratia principio motivo et generativo 742a30
(factivum enim et generativum, secundum quod talia, ad factum sunt et generatum), tertio autem utili et quo utitur finis — pri-
10 mum quidem existere necessarium particulam in qua principium motus (et enim confestim hec particula est finis una et principalissima), deinde post hoc totum et finis, tertium autem et 742a35
ultimum organice hiis partes ad quosdam usus. Itaque si aliquid tale est quod quidem necessarium existere in animalibus, quod 742b1
15 omnis habet nature principium et finem, hoc fieri primum necessarium, in quantum quidem motivum primum, in quantum autem particula finis cum toto. Itaque particularum organicarum, quecumque quidem sunt generative secundum naturam, prius oportet existere ipsas (alterius enim gratia sunt ut principium), 742b5
20 quecumque autem non talia eorum que alterius gratia posteriora. Propter quod non facile dividere utre priores partium, quecumque alterius gratia, aut quorum gratia hee. Incidunt enim motive partium prius entes generatione quam finis, motivas autem ad organicas dividere non facile. Quamvis secundum hanc artem 742b10
25 oportet querere que post quam fit : finis enim quibusdam posterior, quibusdam autem prior. Et propter hoc primum quidem particula habens principium fit, deinde consequens quod sursum kytos. Propter quod que circa caput et oculos maxima secundum 742b15

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 5 non superexistentibus (?)] *μὴ ἐπισταμένοις αὐλεῖν* (*αὐλεῖν om. Vat. 258*) 7 duobus *(PSYEΞ)*] *δεύτερον* motivo et generato *(ZPSY)*] *γεννητικῆς καὶ κινητικῆς* 18-19 prius oportet (*δεῖ πρότερον PΞ*)] *ἀεὶ πρότερον δεῖ* (= Γ^{1}) 20 posteriora *(P)*] *ὕστερον* (= Γ^{1}) 22 quorum *(P)*] *οὗ* (= Ξ^{1})

Ap, VbBvFaCe 2 organum *BvFaCe* 3 quidem] genus *Ce* oportet *om. Ce* factivum + debet *Ce* 4 a discente] addiscente *ApCe* 7 hiis que *om. Ce* 10 necessarium existere $Vb^{1}Fa$ 11 hec *om. Ap* 15 habet *om. Ap* nature + et *ApVb* finem (finis *Ap*) + habet *ApBv* : + quod omnes hec nature principium confectum est *Ce* 18-19 prius oportet] semper prius oportet *ApVb* 19 gratia] genus *Ce* : gratia sunt *Bv* 20 posterius *ApVb* 22 quorum] cuius *Ap* hee] habere *Ap* 23 autem *om. Ce* 25 prius quam fit *Fa* : fit prius quam *Ap* 26 autem *om. BvFa*^{1}

principia videntur embriis, que autem sub umbilico, puta kola, parva : eius enim quod superius gratia que deorsum, et neque partes finis neque generativa ipsius.

Non bene autem dicunt neque eius quod propter quid necessitatem, quicumque dicunt quia sic semper fit, et hoc esse putant
742b20 principium in ipsis, sicut Democritus Abderites, quia eius quidem quod semper et infiniti principium non est, quod autem propter quid principium, quod autem semper infinitum — quare interrogare propter quid de talium aliquo sit querere inquit infiniti principium. Quamvis secundum hunc sermonem, secundum quem
742b25 dignificant quod propter quid non querere, nullius demonstratio eternorum erit : videtur autem ens multorum, hiis quidèm factis semper, hiis autem entibus, quoniam et triangulum habere duobus rectis equales semper et diametrum incommensurabilem esse et latus eternum, sed tamen est causa aliqua ipsorum et demonstra-
742b30 tio. Dignificare quidem igitur non omnium querere principium dicitur bene, entium autem semper et factorum omnium non bene, sed quecumque eternorum principia sunt entia : principii enim alia cognitio, et non demonstratio. Principium autem in immobilibus quidem quod quid est, in hiis autem que fiunt iam pluri-
742b35 ma — modo autem alio et non omnia eodem — quorum unum numero unde motus est. Propter quod omnia sanguinem habentia cor habent primo, sicut dictum est secundum principia ; in aliis
743a1 autem proportionale cordi fit primo.

Ex corde autem vene porrecte, sicut pingentes canabos in parietibus : partes enim circa istas sunt velut facte ex hiis. Gene-
743a5 ratio autem omiomerorum a frigiditate et caliditate : constant enim et condempsantur hoc quidem frigido hoc autem calido. De horum autem differentia dictum est prius in alteris, qualia solubilia humido et igne, et qualia insolubilia humido et illiquabilia igne. Per venas quidem igitur et eos qui in singulis poros
743a10 pertransiens alimentum, quemadmodum in crudis tegulis aqua,

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 12 eternorum erit] ἔσται τῶν ἀιδίων (= Γ^{1}) 13 habere *(ZSYE)*] ἔχει 28 hoc ... hoc] τὰ ... τὰ

Ap, VbBvFaCe 1 videntur + in *ApVb* 4 dicit *Ce* quod *om. FaCe* 5 dicit *Ce* 6 abderites] ad denrites *Ce* : *lac. Bv* quidem *om. BvCe* 8 quare] quasi *ApVb* 9 inquit *om. Ap* 12 erit eternorum *Ap* 14-15 et latus *om. Ce* 20 in — fiunt] in factis autem *Ap* 25 in *om. Ap* 26 ex hiis *om. Ap* ex hiis facte *Ce* 29 aliis *Ap* 30 solubilia — qualia *om. BvFaCe* 31 igitur *om. Ap* singulos *Ce*

fiunt carnes aut hiis proportionale, a frigido constantes, propter quod et solvuntur ab igne. Quecumque autem terrestria valde orientium, modicam habentia humiditatem et caliditatem, hec infrigiditata evaporante humido cum calido fiunt dura et terres-
5 tria secundum formam, ut ungues et cornua et ungule et rostra, 743a15
propter quod mollificantur quidem igne, liquescunt autem nichil, sed quedam humidis, ut opercula ovorum. Ab interiori autem caliditate nervi et ossa fiunt desiccata humiditate. Propter quod et insolubilia sunt ossa ab igne sicut tegula : velut enim in camino 743a20
10 decocta ab ea que in generatione caliditate. Hec autem neque quia contingit facit carnem aut os, neque ubi contingit, neque quando contingit, sed aptum natum et ubi aptum natum et quando aptum natum. Neque enim quod potentia ens erit a motivo non habente actum, neque actum habens faciet ex quocum-
15 que, quemadmodum neque archam non ex ligno faciet utique 743a25
faber, neque sine hoc archa erit ex lignis.

Caliditas autem inexistit in spermatico superfluo tantum et talem habens motum et operationem, quanta proportionata ad unamquamque partium. Quantum autem defecerit aut super- 743a30
20 habundaverit, aut deterius efficit aut orbatum quod fit, similiter hiis que extra constituuntur per decoctionem ad alimenti fruitionem aut quandam aliam operationem. Sed hic quidem nos caliditatis commensurationem ad motum preparamus, ibi autem dat natura generantis. Hiis autem que fiunt automatis hore causa 743a35
25 motus et caliditas.

Frigiditas autem privatio caliditatis est. Utitur autem ambobus natura habentibus quidem virtutem ex necessitate, ut hoc quidem 743b1
hoc, hoc autem hoc faciat, tamen in hiis que fiunt gratia alicuius

---

O^c *(ZPSYEΞ)* 3 hec] + δὲ 11 quia] ὅ τι (= Γ^1) 11-12 neque quando contingit *(PΞ)*] *om.* (= Γ^1) 12 ubi *(PΞ)*] ᾗ (= Γ^1) 12-13 et quando aptum natum] *om.* Γ^1 13 quod potentia ens erit *(PΞ)*] τὸ δυνάμενον (= Γ^1) 24 automatis *(PYE)*] αὐτομάτως

Ap, VbBvFaCe 5 et^2 *om. ApBv*^{1} 7 quedam] quemadmodum *Ce* 10-11 neque quia contingit] quod neque (*leg.* neque quod) fortuiter *Ap* 11-12 neque quando contingit *om. Ap* 12 ubi] secundum quod *Ap* 12-13 et quando aptum natum *om. Ap* 13-14 quod — actum] quod possibile (potentia ens *Vb*) ab eo quod non habet actum motivi erit *ApVb* 17 existit *Ap* in *om. BvFa*^{1} 20 efficit] perficiet *Ap* : perficit *Vb* 21-22 fruitionem] susceptionem *Ap* 22 hic] hiis *BvCe* quidem] quoque *Ap* nos *om. Ap* 23 commensurationem caliditatis *ApVb* 24 generans *Ap* auctoritatis *Ce*

accidit hoc quidem infrigidare ipsorum, hoc autem calefacere, et fieri particularum unamquamque, hanc quidem carnem mollem, hac quidem ex necessitate facientibus talem, hac autem
743b5 gratia alicuius, nervum autem siccum et transhibilem, os autem siccum et frangibile. Pellis autem desiccata carne fit, quemadmodum in decoctionibus vocata graus. Non solum autem propter ultimum accidit ipsius generatio, sed et quia supernatat viscosum
743b10 propter non posse evaporare. In aliis quidem igitur salsum quod viscosum (propter quod ostracoderma et malacostraca extrema sunt exsanguium animalium), in habentibus autem sanguinem viscosum pinguius est. Et horum quecumque non terream naturam habent valde, aggregatur quod sagiminosum sùb pelle,
743b15 tamquam et pelle facta ex tali viscositate : habet enim aliquam viscositatem pingue. Omnia autem hec, quemadmodum diximus, dicendum fieri hac quidem ex necessitate, hac autem non ex necessitate, sed gratia alicuius.

Primo quidem igitur quod sursum kytos distinguitur secundum generationem, quod autem deorsum procedente tempore accipit
743b20 incrementum in sanguinem habentibus. Omnia autem circumscriptionibus determinantur prius, posterius autem accipiunt colores et mollities et duritias ⟨in⟩artificialiter, quemadmodum utique a pictore a natura operata : et enim pictores subscribentes lineis, sic animal coloribus liniunt.

743b25 Propter principium quidem igitur in corde sensibilium esse et animalis omnis hoc fit primum ; propter caliditatem autem huius, qua ultimantur vene sursum, frigidum oppositum caliditati ei que circa cor constituit cerebrum. Propter quod que circa
743b30 caput accipiunt continuam generationem post cor, et magnitudine ab aliis differt : multum enim et humidum a principio cerebrum.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 2 fieri *(ZPSYE)*] *γίνεται* 3 hac^{1} *(PSb)*] *τὴν* (= *Γ*^{1}) hac^{2} *(PSb)*] *τὴν* (= *Γ*^{1}) 12 sub pelle (?)] *ὑπὸ τὴν τοῦ δέρματος σκέπην* (= *Γ*^{1}) 13 et *(P)*] *om.* (= *Γ*^{1}) 22 a pictore a (?) natura operata *(P)*] *ὑπὸ ζωγράφου τῆς φύσεως δημιουργούσης (cf. Γ*^{1}*)*

Ap, VbBvFaCe 3 hac^{1}] hanc *ApVbCe* hac^{2}] hanc *ApVbCe* 6 solum *om. Ap* autem *om. Fa*^{1}*Ce* 10 exsangue *Ap* 12 aggregatur *om. Ap* sagiminosum] sanguinosum *BvCe* : ut adeps *Ap* pelle] pellis umbraculo *Ap* 13 et *om. ApVb* : ex *Bv* 21 inartificialiter *scripsi* : artificialiter *codd.* 22 a^{1}] sub *Ap* a^{2} *om. ApFa*^{1} operante[s] *Ap* : condita *Vb*

Habet autem dubitationem quod accidit circa oculos animalium. Maximi enim a principio videntur et gressivis et natativis et volatilibus, novissimi autem fiunt partium : in intermedio enim 743b35
tempore concidunt. Causa autem quia organum sensus oculorum est quidem, ut et alia organa sensuum, in poris ; sed quod quidem tactus et gustus confestim est aut corpus aut corporis aliquid 744a1
animalium, olfactus autem et auditus pori coaptati ad aerem qui deforis, pleni complantato spiritu, terminantes autem ad venulas que circa cerebrum tendentes a corde ; oculus autem 744a5
corpus solum proprium habet sensus organorum. Est autem humidum et frigidum, et non preexistens in loco — quemadmodum et alie partes potentia, deinde facte posterius actu — sed ab humiditate que circa cerebrum segregatur purissimum per poros, qui videntur ferentes ab ipsis ad miningam eam que 744a10
circa cerebrum. Huius autem argumentum : neque enim alia particula humida et frigida est in capite preter cerebrum, oculusque frigidus et humidus. Ex necessitate igitur locus accipit magnitudinem primo, concidit autem posterius. Et enim circa 744a15
cerebrum accidit eodem modo : primo enim humidum et multum, expirante autem et digesto solidatur magis, et concidit et cerebrum et magnitudo oculorum. A principio autem propter cerebrum quidem caput maximum, propter humidum autem 744a20
quod in oculis oculi magni videntur. Novissimi autem accipiunt finem propter cerebrum constare vix : tarde enim cessat a frigiditate et humiditate, in omnibus quidem, maxime autem in hominibus. Propter hoc enim et bregma ossium fit ultimum : 744a25
iam enim factis deforis embriis molle est hoc os pueris. Causa autem maxime in hominibus hoc accidere, quia cerebrum humidissimum habent et maximum animalium, huius autem causa

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 9 tendentes *(PΞ)*] γίγνονται (= Γ^{1}) 11 non *(ZSYEΞ)*] *om.* 20 et^{2} *om.* Γ^{1} (= *Y*) 20-21 cerebrum *(SΞ)*] + καὶ τὰ σώματα 21 oculorum *(ZPSYEΞ)*] + καὶ τὰ σώματα (= Γ^{1}) 24 propter *(S)*] + καὶ 27 pueris *(P)*] τῶν παιδίων (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 3 novissimis *Ap* 4 autem *om. Ce* organum sensus] sensiterium *Vb* (= Γ^{1} ?) occultorum *Ce* 5 et *om. ApBb* in poris] super poros *Vb* 8 terminantes] transeuntes *Ap* 9 tendentes] que (?) fiunt *Ap* 10 sensus] simpliciter *Ce* 16 frigida et humida *Ap* 20 exspumente *Ce* solidatur + et *Ce* et^{2} *om. ApVbCe* 21 oculorum + et corpora *Ap* 22 maximum] magnum *ApVb* 23 videntur magni *Ce* : magis videntur *Bv* 26 ultimum fit *Ap* 27 os *om. Ce* puerorum *Ap*

744a30 quia et eam que in corde caliditatem purissimam. Demonstrat autem eukrasiam pervicacia : prudentissimum enim est animalium homo. Et pueri autem usque longe sine dominio capitis sunt, propter gravedinem que circa cerebrum. Similiter autem et particularum quascumque oportet movere : principium enim motus sero obtinet ea que sursum et ultimo, quorumcumque 744a35 motus non copulatur ad principium, ut kolorum. Talis autem particula est palpebra. Quoniam autem nichil facit superfluum neque vanum natura, palam quod neque posterius neque prius : erit enim quod factum aut frustra aut superfluum. Quare simul 744b1 necesse palpebras segregari et posse moveri. Tarde quidem igitur propter multitudinem eius que circa cerebrum digestionis perficiuntur oculi animalibus, ultimi autem propter valde ob- 744b5 tinente motu esse movere, et que sic longe a principio et infrigidata partium. Demonstrant autem palpebre talem habentes naturam : si enim et quantacumque gravedo fiat circa caput, propter sompnum aut ebrietatem aut aliud aliquid talium, non possumus palpebras levare, sic ipsis habentibus gravedinem modicam.

744b10 De oculis quidem igitur dictum est qualiter fiant, et propter quam causam novissimam accipiant dearticulationem. Aliarum autem partium fit unaqueque ex alimento, honorabilissima quidem igitur et participantia principalissimo principio ex digesto et purissimo et primo alimento, necessarie autem partes et 744b15 horum gratia ex deteriori et reliquiis et superfluitatibus. Quemadmodum enim yconomus bonus et natura nichil abicere consuevit, ex quibus est facere aliquid utile. In dispensationibus autem facti alimenti optimum quidem ordinatum est liberis, 744b20 deterius autem et superfluum huius ministris, pessima autem connutricis dant animalibus. Quemadmodum igitur ad incrementum qui deforis hec facit intellectus, sic in ipsis que fiunt natura ex purissima quidem materia carnes et aliorum sensus orga-

---

O^c *(ZPSYEΞ)* 10 aut[1] *(PΞ)*] *om.* (= Γ^1) 23 igitur] *om.* 27 utile *(P)*] χρηστὸν 29 autem[2]] + καὶ

Ap, VbBvFaCe 2 est] et *BvFaCe* pervitassia *Ce* 2-3 animalium est *Ap* 7 colorum *Ce* 8 palpebra *om. Ce* facit *om. Ce* 10 aut[1] *om. ApVb* 14 sic] sit *Ap* : sunt *VbCe* 16 fit *Ap* 17 alium *Ap* 20 est *om. ApVb* 21 accipiant *scripsi cum Ap* : accipiunt *cett.* declarationem *Ap* 25 reliquis *Ap* 27 est] etiam *Ap* 28 alimenti] esi *Ce* liberis *om. Ce*

norum corpora constituit, ex superfluitatibus autem ossa et nervos et pilos, adhuc autem ungues et ungulas et omnia talia ; 744b25 propter quod ultima hec accipiunt constitutionem, cum iam factum fuerit superfluum nature.

Natura quidem igitur ossium in prima constitutione fit particularum ex spermatica superfluitate, et animalibus augmentatis ex 744b30 naturali alimento accipiunt incrementum, ex quo quidem partes principales : huius tamen ipsius reliquias et superfluitates. Fit enim in omni primum et secundum, et alimenti hoc quidem nutritivum, hoc autem augmentativum : nutritivum quidem quod esse exhibet toti et partibus, augmentativum autem quod ad 744b35 magnitudinem facit additionem : de quibus posterius determinandum magis. Eodem autem modo ossibus et nervi constituuntur et ex eisdem, ex spermatica superfluitate et nutritiva. Ungues autem et pili et ungule et cornua et rostra et calcaria 745a1 avium, et si qua talis est altera particula, ex acquisito alimento et augmentativo, quod a femella acquiritur, et eo quod deforis. Et propter hoc ossa quidem usque ad aliquid accipiunt incre- 745a5 mentum : est enim aliquis omnibus animalibus terminus magnitudinis, propter quod et ossium incrementi. Si enim hec haberent augmentationem semper, et animalium quecumque habent os aut proportionale crescerent utique quamdiu viverent : magnitudinis enim terminus sunt hec animalibus. Propter quam quidem igitur causam non semper accipiunt incrementum posterius 745a10 dicendum : pili autem et cognata hiis, quamdiu utique inextiterint, augentur, et maxime in egritudinibus et corporibus senescentibus et detrimentum patientibus propter relinqui superfluum plus, minore in principalia expenso propter senectutem et egritudines, quoniam et cum defecerit et hoc propter etatem, et pili 745a15 deficiunt. Ossa autem contrarium : simul enim detrimentum patiuntur corpori et partibus. Augentur autem et pili mortuorum, non tamen fiunt a principio.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 3 ultima *(ZPSYEΞ)*] τελευταίαν 18 et *(P)*] *om.* (= Γ^{1}) 25-26 inextiterint *(PO*^{c}*)*] ὑπάρχωσιν (= Γ^{1}) 29 et^{1}] *om.*

Ap, *VbBvFaCe* 2 pilos et nervos *Ce* autem + pilos et *Vb* : + et *Ce* 8 reliquis *Ap* et] etiam *Ap* 9-10 nutrimentum *Ap* 11 hoc autem augmentativum *Ce* 13 autem *om. Ap* 14 ex^{2}] et *Ce* : *om. Vb* 15 calcaria] plectra *ApVb*^{1} 17 quod^{1}] eo quod *Vb* 18 et *om. Ap* hoc + quod *Ap* 25-26 extiterint *Ap* 27 reliqua *Ap* : reliqui *Bv*

De dentibus autem dubitabit utique quis. Sunt enim naturam
745a20 quidem eandem habentes ossibus et fiunt ex ossibus, ungues autem et pili et cornua et talia ex pelle, propter quod et cum pelle permutant colores : alba enim et nigra fiunt et omniformia secundum pellis colorem, dentes autem nichil : ex ossibus enim
745a25 sunt, quecumque animalium habent dentes et ossa. Augentur autem per vitam soli aliorum ossium : hoc autem palam in adclinantibus dentibus secundum tactum invicem. Causa autem incrementi, ut quidem gratia huius, propter opus : cito enim utique conterentur non facta aliqua restitutione, quoniam et nunc aliquibus senescentibus comestivis quidem, non magnos
745a30 autem habentibus, contriti sunt omnino : maiore enim ratione deteruntur augmento. Propter quod et hoc bene ingeniata est ad eveniens natura : conducit enim ad senectutem et consummationem defectum dentium. Si autem decem milium annorum esset vita aut mille annorum, omnino maximos utique oporteret fieri
745a35 eos qui a principio, et nasci frequenter. Et enim si continuum
745b1 augmentum haberent, tamen utique inutiles comminuti ad operationem forent. Cuius quidem igitur gratia accipiunt augmentum dictum est : accidit autem neque eandem habere naturam aliis ossibus dentes : hec quidem enim in prima constitutione
745b5 fiunt omnia et nichil posterius, dentes autem posterius. Propter quod et iterum possunt nasci decidentes : tangunt enim, sed non simul nati sunt ossibus. Ex alimento tamen in ossa distributo fiunt, propter quod eandem habent naturam, et tunc cum illa
745b10 habuerint iam numerum suum. Alia quidem igitur animalia habentia fiunt dentes et proportionale dentibus, si non aliquid fiat preter naturam, propter absolvi a generatione perfecta homine magis ; homo autem, si non aliquid accidit preter naturam, non habens. Propter quam autem causam hii quidem fiunt dentium
745b15 et excidunt, hii autem non excidunt, posterius dicetur.

Quia autem ex superfluitate sunt tales particularum, propter

O^{e} *(ZPSYEΞ)* 13 deteruntur (*καθαίρουνται*)] restituuntur Γ^{1} (?)

Ap, VbBvFaCe 2 quidem *om. Ce* habentes eandem *Ce* 7 per] propter *Ap* 10 conteruntur *Ap* 11 comestivis] incisivis *Ap* quidem] quod *Ce* magnis *Ap* 12 autem *om. ApFa*^{1} maiori *Ap* 13 deteruntur] restituuntur *Ap* 15-16 esset vita *om. Ap* 16 annorum *om. ApVb* omnino maximos] multe magnitudinis *ApVb* 21 enim *om. ApVbCe* 23 enim *om. Ap* 24 distributio *ApCe* 31 excedunt (*bis*) *Ce* 32 sunt] fiunt *Vb*^{1}*Bv*

hoc homo nudissimum secundum corpus omnium animalium est, et ungues minimos habet ut secundum magnitudinem ; minimum enim habet superfluum terrestre, est autem superfluum quidem quod indigestum, terrestre autem in corporibus semper indi- 745b20
gestissimum. Qualiter quidem igitur unaqueque particularum constat dictum est, et que generationis causa.

[7] Habent autem augmentum animalificantia embrionum, ut dictum est prius, per umbilici adnascentiam. Quoniam enim inest animalibus nutritiva virtus anime, dimittit confestim velut 745b25
radicem umbilicum in matricem. Est autem umbilicus in operculo vene, maioribus quidem plures, ut bovi et talibus, mediis autem due, una autem ultimis. Per hoc autem accipit alimentum sanguineum : matrices enim termini venarum multarum sunt. Omnia quidem igitur bidentia et non bidentium quorum- 745b30
cumque matrix non unam venam magnam protensam habet, sed pro una spissas multas, hec in matricibus habent vocatas cotylidonas, ad quas umbilicus copulatur et adnascitur : protenduntur enim vene que per umbilicum hinc et inde, et ramificantur undique secundum matricem : qua autem terminant, hac fiunt cotyli-
dones, spericum quidem habentes ad matricem, concavum autem ad embrionem. Intermedium autem matricis et embrionis locus 745b35
et ymenes sunt. Cotylidones autem augmentato et perfecto 746a1
embrione fiunt minores, et in fine exterminantur perfecto. Ad hoc enim preexponit embrionibus natura sanguineum alimentum
matricis, sicut in ubera, et propter congregari secundum modi- 746a5
cum ex multis velut effloritio et flegmasia fit corpus cotylidonis. Donec quidem igitur minus fuerit embrium, non potens multum accipere alimentum, manifeste sunt et maiores, augmentato autem concidunt.

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 9 inest] + *ἐν* animalibus] + *καὶ* 14 bidentia et non bidentium *(Ξ)*] *τὰ μὴ ἀμφώδοντα ... καὶ τῶν ἀμφωδόντων* (= Γ^{1}) 17-19 ad quas — cotylidones *(PO*^{c}*Ξ)*] *om. ZSYE* (= Γ^{1}) 21 locus *(cf. τὸ χώρειον Z)*] *τὸ χόριον* 25 secundum *(P)*] *καὶ κατὰ* 27 quidem igitur *(E)*] *μὲν ἂν οὖν* potens *(ZS)*] *δυναμένου* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 hoc] quod *Ap* 3 superfluum habet *transp. Ce* 5 igitur *om. Ce* 6 constat] conveniat *Ce* 8 per] propter *Ap* adnascentiam umbilici *BvFaCe* 14 non bidentia et bidentium *Ap* 14-15 quarumcumque *ApBvCe* 16 vocatos *VbFa* 17-19 ad quas — cotylidones *om. Ap* 17 quas *scripsi* : quos *VbBvFaCe* 19 terminantur *VbCe* 26 velut *om. Ce* 27 potente *Ap* : patens *Bv*

Multa autem koloborum animalium et bidentium non habent
746a10 cotylidonem in matricibus, sed umbilicus in venam tendit unam,
hec autem ordinata est per matricem habens magnitudinem.
Quoniam autem hec quidem monotoka, hec autem polytoka
talium sunt animalium, et plura embrionum eundem habent
modum uni. Oportet autem hec considerare ex exemplis hiis que
746a15 in anatomiis et scriptis hiis que in historiis. Nata sunt enim animalia ex umbilico, umbilicus autem ex vena consequenter invicem, tamquam utique fluentem per canalem venam : circa unumquodque autem embrionum ymenes et locellus sunt.

746a20 Dicentes autem nutriri pueros in matricibus per inicere aliquid carneum non recte dicunt : in aliis enim animalibus idem èveniret, nunc autem non videtur (considerare autem hoc facile per anatomias) ; et circa omnia embria et volatilia et natatilia et que
746a25 gressibilium similiter ymenes subtiles continent, a matrice separantes et humoribus qui intus fiunt, in quibus ipsis neque inest tale aliquid, neque per horum nullum contingit fieri absumptionem ; ovificata autem omnia accipiunt augmentum separata a matre, ex quibus manifestum, quia dicunt non recte dicentes ita sicut Democritus.

746a30 Fit autem coitus animalibus secundum naturam quidem hiis que eiusdem generis, non solum sed et hiis que naturam habent prope non indifferentibus autem speciebus, si magnitudines similes fuerint et tempora equalia fuerint gestationis. Rara quidem igitur fiunt talia in aliis, fit autem in canibus et vulpibus
746a35 et lupis et leopardis. Et Indici autem canes ex bestia quadam

---

O^e *(ZPSYEΞ)* 10 locellus *(ZY)*] χόριον 13 autem²] γὰρ 18 omnia *(ZY)*] + ὅτι (= Γ^1) 18-19 a matre (Ξ)] τῆς μήτρας (= Γ^1) 19 ex quibus (Ξ)] ἔξω (= Γ^1) 19-20 quia — Democritus *(O^eΞ)*] *om.* (= Γ^1) 22 hiis que *(Z)*] τοῖς μὲν 23 speciebus *(P)*] τῷ εἴδει (= Γ^1) 23-24 si magnitudines similes *(ZPSYE)*] ἐάν τε τῷ μεγέθει παραπλήσια (= Γ^1) 25 autem] + καὶ 26 et leopardis (Ξ)] *om.* (= Γ^1) autem *(ZPSY)*] *om.*

Ap, VbBvFaCe 6 uni *om. Ce* autem *om. Ap* 8 continenter *Ap* : convenienter *Ce* 9 fluente *VbCe* 11 inicere] iacere *Ap* : mittere *BvCe* 12 enim] autem *Ce* 16 fiunt] sunt *VbCe* 17 aliquid tale *BvFa* 18 ovificantia *Ap* : ovifica *BvCe* omnia + quia *Ap* 19 matre] vulva *Ap* ex quibus] extra *ApVb* manifestum ex quibus *ApVb* 19-20 quia — Democritus *om. Ap* 21 quidem + et *ApVb* 22 et *om. BvCe* 23 specie *Ap* 23-24 si quidem magnitudinem similia *ApVb* 24 fuerint² *om. Ce* 26 et leopardis *om. Ap*

canina generantur et cane. Et in avibus autem visum est coitivis 746b1
hoc accidens, puta in perdicibus et in gallinis ; et in gampsonicis
astures videntur differentes specie misceri ad invicem, et in aliis
quibusdam avibus habet eundem modum. In marinis autem 746b5
nichil dignum verbo visum est ; videntur autem maxime rinobate
vocati fieri ex rina et raia combinatis. Dicitur autem et quod
circa Libiam proverbialiter dictum est, tamquam semper nu-
triente Libia aliquid novum, propter commisceri que non eiusdem
tribus invicem dici hoc : propter raritatem enim aque obviant 746b10
omnia ad pauca loca habentia fluenta, et miscentur que non
eiusdem generis.

Alia quidem igitur eorum que ex tali mixtura fiunt combinata
omnia videntur invicem et commixta et potentia, et femininum
et masculinum generare, muli autem steriles soli talium : neque 746b15
enim ex invicem neque ex aliis mixti generant. Est autem pro-
blema quidem universale propter quam causam sterilis aut mas-
culus aut aliqua femella est : sunt enim et mulieres et viri steriles,
et aliorum animalium in generibus singulis, ut in equis et ovibus.
Sed hoc genus totum sterile est quod mulorum. Cause autem 746b20
sterilitatis in aliis quidem plures contingunt : et enim a nativitate,
cum orbati fuerint locis ad commixtionem utilibus, steriles
fiunt et mulieres et viri, ut hee quidem non pubescant, hii autem
non habeant barbam, sed existentes eunuchias perficiant ; hiis
autem procedente etate idem accidit pati, aliquando quidem 746b25
propter eutrofiam corporum (femellis quidem enim pinguioribus
factis, masculis autem, cum fuerint magis euektici, in corpus

---

O^{c} *(ZPSYEΞ)* 1 autem *(P)*] *om.* (= Γ^{1}) 3 aliis] + δὲ 8 com-
misceri] + καὶ 9-10 obviant ... et miscentur] ἀπατῶντα ... μίγνυσθαι (= Γ^{1})
10 que non] καὶ τὰ μὴ 12 mixtura *(Z)*] μεθέξεως *PSYE* (= Γ^{1}) : ὑποθέ-
σεως *O*^{c} 13 omnia] πάλιν et^{3} *om.* Γ^{1} : τε 15 ex^{2}] *om.* (= Γ^{1})
17 aliqua] *om.* (= Γ^{1}) 18 in^{2} *(P)*] *om.* 26 masculis] τοῖς (= Γ^{1})

Ap, *VbBvFaCe* 1 generant *Ap* autem *om. Ap* 2 puta] ut *Ap* :
ut puta *Vb* : quod puta *Ce* in^{1} *om. ApBvFaCe* in gallinis] gallis
Ap : gallis et gallinis *BvFaCe* 3 astures] accipitres *Ap* mixtis
BvFa : miscis *Ap* 6 raia] bato *Ap* 8 misceri *Ap* 9 obvian-
tia *Ap* 10 flucntia *Ap* et — que] misceri *Ap* 12 mixtura] par-
ticipatione *Ap* 13 potentias *Ce* : potens *VbBv* et^{3} *om. Ap* 13-14 fe-
mellam et masculum *Ap* 14 steriles + gon *Ap* 15 ex^{2} *om. ApVb*
16 sterilis + gon *Ap* 17 aliqua *om. Ap* 18 singulis + et *Ap* 19 ge-
nus + ημιονων *Ap* 23 perficiunt *Ce* 25 propter] per *VbCe* enim
om. Ap 26 masculis] hiis *Ap*

consumitur superfluum spermaticum, et hiis quidem non fiunt menstrua, hiis autem genitura), aliquando autem propter infir-
746b30 mitatem hii quidem humidum et frigidum emittunt, mulieribus autem purgationes prave et plene languorosis superfluitatibus. Multis autem femellis et masculis hec eadem accidit passio, 5 propter orbationem circa partes et loca ad coitum utilia. Fiunt autem hec quidem sanabilia, hec autem insanabilia talium,
746b35 maxime autem perseverant sterilia secundum primam constitu-
747a1 tionem talia facta : fiunt enim mulieres masculine et viri feminini, et hiis quidem non fiunt menstrua, hiis autem sperma subtile et 10 frigidum. Propter quod rationabiliter discernitur experimentis
Ap, VbBvFaCe 2 quidem *om. Ce* 3 similem *Vb* quale *Ap* et *om. Ce* 5 vita *BvFaCe* 7 proportionabilis *Ce* inexcitabilis *ApBvFaCe* 8 et *om. Ce* 10 tale *Ap* 19 sompnire *Ce* 23 hoc quod est] hoc est quod *Ce* : quod *Ap* 25 superiora *Ce* et vigilant maxime *Ap* 26-27 permanet *Ce* 27-28 imperfectissima ... habentia *Ap* 30 ad figuram *Ap* : affuturam *Ce* ipsis *om. Ap* : in ipsis *BvFa*^{1}

Huius quidem igitur causa oculos aliorum unius coloris esse magis, 779a30
ut boves nigrorum oculorum, ovium autem ydares omnium, horum autem totum genus varium aut glaucum, quedam autem caprina sicut caprarum ipsa multitudo. Hominum autem oculos
5 multorum colorum accidit esse : et enim glauci et varii et nigro- 779a35
rum oculorum quidam sunt, hii autem caprini. Quare alia quidem 779b1
propter quod neque ab invicem differunt, sic neque ipsa a se ipsis : non enim nata sunt plures uno habere colores. Maxime autem aliorum animalium equus plurium colorum est : et enim
10 quidam ipsorum alteroglauci fiunt. Hoc autem aliorum quidem 779b5
nullum patitur animalium manifeste, homines autem fiunt aliqui alteroglauci.

Eius quidem igitur quod est alia animalia iuniora existentia et seniora nichil manifestum permutare, in pueris autem hoc
15 accidere, sufficientem existimandum causam esse et hanc, quia horum quidem unicolorium, horum autem multicolorium parti- 779b10
cula est : eius autem quod est glauciores et non colorem alium habere causa quia debiliores particule iuvenum : debilitas autem est glaucedo.

20 Oportet autem accipere universaliter de differentia oculorum, propter quam causam hii quidem glauci, hii autem varii, hii autem caprini, hii autem nigrorum oculorum sunt. Suspicari quidem 779b15
igitur glaucos quidem igneos, sicut Empedocles ait, nigros autem plus aque habere quam ignis, et propter hoc hos quidem die non
25 acute videre, glaucos, propter indigentiam aque, alios autem nocte propter indigentiam ignis, non dicitur bene, si quidem non ignis visum ponendum sed aque omnem. Adhuc autem contingit 779b20

E (ZPSYO^{c}Ξ) 1 igitur *(ZSYO^{c})*] *om.* magis *(PSb)*] *om.* (= Γ^{1}) 6-7 quare alia quidem propter quod *(ZΞ)*] διὸ καὶ ὥσπερ (= Γ^{1}) 7-8 a se ipsis *(ZEO^{c})*] αὐτῶν (= Γ^{1}) 8 plures] πλείω colores *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 11 animalium *(ZSYO^{c}Ξ)*] ζῷον 23 nigros *(Z)*] μελανόμματα 25 glaucos *(PSO^{c})*] + δὲ

Ap, VbBvFaCe 1 magis *om. Ap* 4 oculi *Ap* 6 quidem^{1} *BvCe* 6-7 quare — quod] propter quod et quemadmodum *Ap* 7 propterea *BvFa* a se] ab *ApVb* 8 non] neque *Ce* colores *om. Ap* 9 plurimum *Ap* 11 animalium *om. Vb*^{1} : animalium patitur *Fa* 11-16 manifeste — unicolorium *om. Ap*^{1} 13 quod *om. Ce* animalium *Ap*^{2} 15 causam *om. Ap*^{2} 15-16 quia horum *om. Ap*^{2} 16 quidem + et *Ce* unicolorum *Ap*^{2} horum] hoc (?) *Ap* multicolorum *Ap* 17 quod] que *Ap* 18 causam *Ap* : *om. Ce* 23 nigros *Ce*^{2} : alios *Vb* : *om. cett.* autem *om. ApBvFaCe* 25 videmus *Ap* 27 ponendo *Ap*

colorum causam assignare et secundum alium modum : sed si quidem est quemadmodum dictum est prius in hiis que circa sensus, et hiis adhuc prius in hiis que de anima sunt determinata, quia aque, et propter quam causam aque, sed non aeris aut ignis
779b25 hoc organum sensus est, hanc causam existimandum esse dicto- 5
rum. Hii quidem enim oculorum habent plus humidum, hii autem minus commensurato motu, hii autem commensuratum. Habentia quidem igitur oculorum multum quod humidum nigro-
779b30 rum oculorum sunt, propter non facile pervia esse multa ; glaucos autem qui modicum, quemadmodum videtur et in mari ; quod 10
enim facile pervium ipsius glaucum videtur, quod autem minus aqueum, quod autem non determinatum propter profundum nigrum et obscurum. Intermedia autem oculorum horum per magis iam differunt et minus.
779b35 Eandem autem causam existimandum et eius quod est glaucos 15
780a1 quidem non esse, acute intuentes de die, nigros autem oculos nocte. Glauci quidem enim propter paucitatem humidi moventur magis a lumine et visibilibus, in quantum humidum et in quantum diafanum. Est autem huius particule motus visio secundum quod diafanum, sed non secundum quod humidum. Nigri autem 20
780a5 oculi propter multitudinem humidi minus moventur. Debile enim nocturnum lumen : simul autem et difficulter mobile totaliter in nocte fit humidum. Oportet autem neque non moveri ipsum neque magis quam secundum quod diafanum : expellit enim
780a10 fortior motus debiliorem. Propter quod et a fortioribus coloribus 25
permutati non vident, et ex sole in tenebras euntes : fortis enim existens qui inest motus prohibet eum qui deforis ; et totaliter neque validus neque debilis visus fulgida potest videre, propter pati aliquid magis et moveri humidum. Declarat autem et in-
780a15 firmitas visus utriusque. Glaucedo quidem enim fit magis glaucis, 30
vocati autem nyctalopekes hiis qui nigrorum oculorum. Est

E (ZPSYO^{c}Ξ) 4 quia] καὶ ὅτι 22-23 totaliter in nocte *(cf.* ἐν τῇ νυκτὶ ὅλως *ZP)*] ἐν τῇ ὅλως νυκτὶ (= Γ^{1}) 29-30 infirmitas] τὰ ἀρρωστήματα 31 est] adhuc Γ^{1} (= ἔτι)

Ap, VbBvFaCe 6 enim *om. Ce* 8 quod] aliquid *FaCe* : et *Ap* : *om. Bv* 9 glaucorum *Vb* 11 parvum *Ce* ipsius] illius vel ipsius *Ap* 13 obscurum] κυανοειδες *Ap* intermedium *Ap* 14 defecerunt *Ap* 16 autem et oculos quidem *Ap* 18 a] in *Ap* 20 diafanis (*leg.* diafanes) *Ap* 21 oculi *om. Ap* divisibile *Ce* 22-23 in totaliter nocte *Ap* 24 diafanes *Ap* 28 neque^{2} + vero *Ap* 31 est] adhuc *Ap*

autem glaucedo quidem siccitas quedam magis oculorum, propter quod et accidit magis senescentibus : desiccantur enim, quemadmodum et aliud corpus, et hee particule ad senectutem ; qui 780a20
autem nyctalopix humiditatis pleonasmus, propter quod iuniori-
5 bus fit magis : humidius enim cerebrum horum. Medius autem multi et pauci humidi optimus visus : neque enim ut paucus existens propter turbari impedit motum colorum, neque propter multitudinem exhibet difficultatem motus. 780a25

Non solum autem que dicta sunt causa sunt videndi hebete
10 aut acute, sed et pellis natura que in vocata pupilla. Oportet enim ipsam diafanam esse, talem autem necessarium esse subtilem et albam et regularem : subtilem quidem ut deforis facile penetrare possit motus, regularem autem ut non obumbret 780a30
rugosum (et enim propter hoc senes non acute vident : quemad-
15 modum enim alia pellis et que oculi rugatur et grossior fit senescentibus), albam autem propter nigram non esse diafanam : ipsum autem hoc est nigrum, quod non diafanizatum. Propter 780a35
quod quidem neque lucerne possunt lucere, si sint ex tali pelle.

In senectute quidem igitur et languoribus propter has causas 780b1
20 non acute vident, pueri autem propter paucitatem humidi glauci videntur primo. Alteroglauci autem maxime fiunt homines et equi propter eandem causam, propter quam quidem homo canescit solum, aliorum autem equus solus manifeste senescens albus 780b5
efficitur secundum pilos. Canities enim debilitas quedam est
25 humidi quod in cerebro et indigestio, et glaucedo : valde enim subtile aut valde grossum eandem habent virtutem, hoc quidem modico, hoc autem multo humido. Cum igitur non possit natura 780b10
similiter aptare, aut digerens quod in utrisque humidum, aut non digerens, sed hoc quidem hoc autem non, tunc accidit fieri altero-
30 glaucos.

De eo autem quod est hec quidem animalium esse acuti visus

E (ZPSYO^{c}Ξ) 1 quedam *(ZP)*] *om.* (= Γ^{1}) 4 autem *(ZPSYO^{c})*] + αὖ (= Γ^{1}) 9 sunt^{2}] *om.* 11-12 subtilem et albam *(ZPSYΞ)*] λευκὸν καὶ λεπτὸν

Ap, VbBvFaCe 1 quedam *om. Ap* 3 alium *Vb* : *om. Ce* 4 autem + iterum *Ap* plenasmus *Ce* 6 paucus] parvus *Ap* 11 enim *om. Ap* ipsi *Fa* 13 abumbret *Ce* 14 rugosum] nigrum *Ce* 15 rugatur] iungatur *Ap* 16 alba *Ap* nigrum ... diafanem *Ap* 18 quidem *om. Ap* 20 autem] quidem *Ap* 21 altero autem glauci *Ce* 26 habet *VbFa* 28 aptare] terminare *Ap*

hec autem non, duo modi cause sunt. Dupliciter enim dicitur
780b15 acutum fere autem, et circa audire et odorare similiter hoc habet.
Dicitur enim acute videre unum quidem quod de longe potest
videre, unum autem quod differentias quam maxime visibilium
discernere. Hec autem non simul accidunt eisdem. Idem enim
780b20 super visum tenens manum aut per fistulam videns differentias
quidem nichil magis neque minus iudicat colorum, videbit autem
longius. Hii igitur ex foveis profundis aut puteis aliquando astra
vident. Quare si quod animalium habet quidem prominentiam
multam ante oculum, quod autem in pupilla humidum non
purum neque commensuratum motui qui deforis, neque que in
780b25 superficie pellis subtilis, hoc circa differentias quidem colorum
non certitudinaliter habebit, de longe autem erit visivum (quem-
admodum et si de prope) magis habentibus humidum quidem
purum et operculum ipsius, non habentibus autem pro oculis
umbraculum nullum. Eius quidem enim quod est sic acute videre
780b30 ut discernantur differentie, in ipso oculo est causa : quemad-
modum enim in vestimento mundo et parve macule patentes
fiunt, sic et in puro visu parvi motus manifesti et faciunt sensum.
780b35 Eius autem quod est de longe videre, et pertingere motum qui a
visibilibus, que a remotis positio oculorum causa : qui enim extra
781a1 oculi non bene videntes de longe, habentia autem intus oculos in
concavo positos visiva eorum que a remotis, propter motum non
dispergi in latum, sed recte progredi. Nichil enim differt dicere vi-
dere, sicut quidam aiunt, per visum exire (si enim non fuerit
781a5 aliquid ante oculos, dispersum minorem necesse incidere hiis
que videntur, et minus que de longe videre) aut videre eo qui a
visibilibus motu. Similiter enim necesse et visum motu videre.

E (ZPSYO^{c}Ξ) 2 autem *(Z)*] *om.* (= Γ^{1}) 7 iudicat *(SYO^{c})*] κρίνοι 8 aut] καὶ 14 si *(PSEO^{c})*] *om.* (= Γ^{1}) 18 et *(ZPSEO^{c})*] *om.* (= Γ^{1}) 19 visu] + καὶ 21 qui] + μὲν

Ap, VbBvFaCe 2 autem *om. Ap* et^{1} *om. Ce* 5 hoc ... accidit *Ce* 6 fistulas *Ce* 8 igitur] ergo *Vb* profundius *BvFaCe* 9 prominentiam] provolem *Ap* 9-10 multam prominentiam *Ce* 10 ante oculum] ante oculos *Bv* : oculi *Ap om. Ce* 12 colorum quidem *Ce* 13 visurum *Ce* 14 si *om. ApVbFa^{2}Ce* de prope *om. Ap* 16 umbraculum *om. Ap* nullum] nichil *Ap* acute sic *Ce* 18 et *om. Ap* 23 visibilia *Fa* 24 dicere] facile *Ce* 26 ante oculos] pro oculis *Ap* dispersum] disprolexum *Ap* necesse] noccre *Ce* incidere + ab *Vb* : incendens *Ap* 28 similiter — videre *om. Ap*

Maxime quidem igitur videbuntur utique que de longe si a visu confestim continuus esset ad id quod videtur quasi canalis : non enim utique dissolveretur motus qui a visibilibus ; si autem non, 781a10 quanto quidem utique ad plus distans fuerit, tanto necesse certius que de longe videre. Et differentie quidem oculorum sint hee cause.

[2] Eodem autem modo habet et circa auditum et circa odora- 781a15 tum : unum quidem enim certitudinaliter audire et odorare differentias obiectorum sensibilium quam maxime sentire omnes, unum autem quod de longe et audire et odorare. Eius quidem igitur quod est differentias iudicare bene organum sensus causa, sicut in visu, si sit purum ipsum et que circa ipsum mininga. 781a20 Pori enim sensitivorum omnium, sicut dictum est in hiis que de sensu, tendunt ad cor, non habentibus autem cor ad proportionale. Quod quidem igitur auditus sensitivum, quoniam est aeris aut spiritus complantatus, facit aliquibus quidem pulsationem, 781a25 hiis autem respirationem et inspirationem, hac terminat ; propter quod et disciplina fit eorum que dicuntur ut iterum enuntient quod est auditum : qualis enim motus intravit per organum sensus, talis iterum, velut a caractere eodem et uno, per vocem fit motus, ut secundum quod audivit hoc dicat. Et oscitantes 781a30 et exspirantes minus audiunt quam inspirantes, propter in spirituosa particula principium sensiterii esse auditus, et concuti et moveri simul movente organo spiritum : movetur enim movens organum. Et in humidis temporibus et complexionibus accidit 781a35 eadem passio et aures impleri videntur spiritu propter vicinari 781b1 principio spirituosi loci. Certitudo quidem igitur iudicii circa differentias sonorum et odorum in esse organum sensus purum

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 8 enim] + *ἐστὶ* certitudinaliter audire] *τοῦ ἀκριβῶς ἀκούειν* 12 in visu *(ZP)*] *τῆς ὄψεως* (= Γ^{1}) 15 sensitivum quoniam est] *ἐπεί ἐστι τὸ αἰσθητήριον* (= Γ^{1}) 16 aut] *ἢ* (= Γ^{1}) 23 principium *(ZPΞ)*] *τελευτὴν* (= Γ^{1}) 28 sonorum] *καὶ τῶν ψόφων*

Ap, VbBvFaCe 1 videbimus *Ce* utique *om. Vb*^{1}*Fa*^{1} 5 differre *Ce* 7 autem *om. Ce* 11 causa] obmissa (?) *Ap* 12 in visu] visus *Ap* qui *ApCe* mininga] minius (?) *Ap* 13 sensiteriorum *Ce* 15 quod] qua *VbCe* : quam *Bv* igitur *om. Ce* quoniam est sensitivum *Ap* 16 aut] secundum quod *Ap* : secundum quod aut *Ce* 17 hac] sic *Ap* : hic *Bv* 18 eorum que dicuntur] dictorum *Ap* 19 est *om. Ap* 20 talem *Ap* 23 principium] ultimum *Ap* sensitivi *VbBv* 24 spiritui *Ap* 25 temporibus] horis *Ap* complexionibus] contemperanciis *Ap* 27 igitur] enim *Ce*

et pelliculam que superficie tenus est : omnes enim motus mani-
781b5 festi, quemadmodum in visu et in talibus eveniunt. Et de longe autem sentire, hec autem non sentire, similiter accidit sicut in visu. Habentia enim ante sensitivum ad plus velut canales per particulas, hec de longe sensitiva sunt. Propter quod quorum-
781b10 cumque nares longe, ut Laconicorum caniculorum, odorativa : existente enim profunde organo sensus qui a longe motus non distrahuntur sed recte tendunt, quemadmodum pro oculis manu visum adunantes. Similiter autem et quibuscumque aures longe
781b15 et porrecte longe, quales habent quedam quadrupedum, et intra revolutionem longam : et enim hee ex multo accipientes motum reddunt ad organum sensus.

Certitudinem quidem igitur sensuum de longe minime ut est dicere homo habet, ut secundum magnitudinem animalium, que autem circa differentias maxime omnium bene sensibile. Causa
781b20 autem quia organum sensus purum et minime terrestre et corpulentum, et natura subtilissime pellis animalium ut secundum magnitudinem homo est.

Rationabiliter autem operata est natura que circa bovem marinum : quadrupes enim existens et animalificans non habet
781b25 aures, sed poros solos. Causa autem quia in humido ipsi vita ; particula autem aurium apposita est poris ad salvandum motum qui de longe aeris : nichil igitur utile est ipsi, sed contrarium operarentur utique, suscipientes in ipsis humidi multitudinem. Et de visu quidem et auditu et odoratu dictum est.

781b30 [3] Pilature autem differunt et ad se ipsas hominibus secundum etates et ad genera aliorum animalium, quecumque ipsorum habent pilos. Habent autem quecumque quidem animalificant

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 3 hec autem non sentire *om. Z* (= *Ce*) 7 profunde] *ἄνω* qui a longe motus (*αἱ πόρρωθεν ci. Platt*)] *πόρρωθεν αἱ* : *om.* Γ^{1} 15 bene sensibile *(ZPYO^{c})*] *εὐαίσθητα* (= Γ^{1}) 21 solos] *μόνον* 23 sed] + *καὶ* 27 quecumque *(O^{c})*] *ὅσαπερ*

Ap, VbBvFaCe 1 pellicula *Ap* est + quod enim animal *Ce* 1-2 manifesti + et circa virtus manifesti *Ce* 3 autem^{1} *om. Ap* : autem + hoc quidem *Vb* hec — non sentire *om. Ce* 5 sensitiva] sensibilia *Ap* 7 qui a longe *om. Ap* : quia longe *VbBvFa* : longe quia *Ce* 9 autem + et quelibet *Ap* 10 et porrecte longe *om. Ap* 11 ex multo] multe *Ap* 13 quidem *om. Ap* igitur] enim *Ce* 15 sensibilia *Ap* 19-20 bovem marinum] *φωκην* (?) *Ap* 22 opposita *Ap* 24 operantur *Ap* multitudines *BvFaCe* 26 et *om. Ce* 28 quidem *om. Ce*

in se ipsis omnia fere : et enim habentia spinosa talium pilorum speciem aliquam existimandum, ut puta agrestium ericiorum, 781b35
et si quid aliud tale est animalificantium. Sunt autem differentie 782a1
pilorum secundum duritiem et mollitiem, et secundum longitudinem et brevitatem et rectitudinem et crispitudinem et multitudinem et paucitatem, adhuc autem secundum colores, secundum albedinem et nigredinem et intermedios horum. Quibusdam 782a5
itaque harum differentiarum secundum etates differunt iuniora et inveterata. Maxime autem hoc manifestum in hominibus : et enim hispidantur magis seniora facta, et quidam decalvantur secundum anteriora capitis. Et pueri quidem existentes non 782a10
fiunt calvi, neque mulieres ; viri autem procedente iam etate. Et canescunt capitibus senescentes homines, aliorum autem animalium nulli, ut est dicere, fit hoc manifestum, maxime autem equo aliorum. Et decalvantur quidem homines in anterioribus capitis, cani autem primo fiunt in temporibus : decalvatur autem 782a15
nullus neque in hiis neque in posterioribus capitis. Quecumque autem animalium non habent pilos sed proportionale ipsis, ut aves quidem pennas, genus autem piscium squamas, et hiis accidunt quidem talium passionum quedam secundum eandem rationem. 782a20

Cuius quidem igitur gratia genus pilorum fecit natura animalibus, dictum est prius in causis que circa partes animalium ; quibus autem existentibus et propter quas necessitates accidit unumquodque horum, declarare est presentis methodi.

Grossitie quidem igitur et subtilitatis causa est maxime pellis : 782a25
hiis quidem enim grossa hiis autem subtilis, et hiis quidem rara hiis autem spissa est. Adhuc autem concausa inexistentis humiditatis differentia : hiis quidem enim existit pinguis hiis autem aquosa. Totaliter quidem enim pellis natura supponitur terrestris : superficialis enim existens et evaporante humido solida 782a30

E (ZPSYO^{c}Ξ) 1 in se ipsis *(Z)*] ἐντὸς αὐτῶν *post* σχεδὸν (=Γ^{1}) 7 quibusdam *(PO^{c})*] ἐνίας 8 differentiarum] + καὶ 12 iam *(ZP)*] *om.* (=Γ^{1}) 13 canescunt *(ZPSYO^{c})*] + δὲ 14 animalium *(ZPSYO^{c}Ξ)*] *om.* 16 cani (πολιοὶ)] multi Γ^{1} 20 quidem] *om.* 26 est *(ZP)*] *om.* (=Γ^{1}) 28 concausa] + καὶ 31 et *(ZP)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 in se ipsis *om. Ap* fere + intra ipsa *Ap* 3 alium *ApVb* 4 duriciam *ApVb* 7 intermedium *Ce* : intermedias *Bv* 12 iam *om. Ap* 16 cani] multi *Ap* temporibus + et *Ap* 19 et + in *VbCe* 20 quidam *Ce* 26 est *om. ApVb* 28 autem^{2} *om. Bv*^{1}*Ce* 29 enim *om. ApBvFaCe* 31 et *om. ApVb* evaporantis humidi *Ap*

fit et terrestris, pili autem et analogum ipsis non ex carne fiunt, sed ex pelle evaporante et elevato in ipsis humido. Propter quod grossi quidem ex grossa, subtiles autem ex subtili pelle fiunt. Si
782a35 quidem igitur sit pellis rarior et grossior, grossi propter multitu-
782b1 dinem terrestris et propter magnitudinem pororum sunt ; si autem spissior, subtiliores propter angustiam pororum. Adhuc autem si sit evaporatio aquosa que cito desiccatur, non accipiunt magnitudinem pili, si autem pinguis contrarium : non enim
782b5 facile siccabile pingue. Propter quod totaliter quidem que grossioris pellis grossiorum pilorum animalium, non tamen que maxime magis propter dictas causas, quale genus suum ad id quod bovum passum est, et ad elefantem et multa aliorum. Propter
782b10 eandem autem causam et pili qui in capite hominibus grossissimi : pellis enim hec grossissima et in ampliori humiditate, adhuc autem habet raritatem multam. Causa autem eius quod longos aut breves pilos habere non facile siccabile esse evaporans humidum. Eius autem quod est non exsiccabile esse due cause, quod
782b15 quantum et quod quale ; si enim multum fuerit humidum non facile siccabile, et si pingue. Et propter hoc hominibus qui ex capite pili longissimi : cerebrum enim humidum et frigidum existens multam exhibet copiam humidi.

Rectorum autem pilorum et crisporum fiunt propter eam qui
782b20 in pilis evaporationem. Si quidem enim fuerit fumosa, calida existens et sicca pilum crispum facit. Flectitur enim propter ferri duobus motibus : terrestre quidem enim deorsum, calidum autem sursum fertur. Bene flexibile autem existente propter debilitatem vertitur : hoc autem est crispitudo pili. Contingit
782b25 quidem igitur sic accipere causam, contingit autem et propter paucum habere humidum, multum autem terrestre, a continente desiccatos contrahi. Flectitur enim rectum si evaporaverit et concurrit quemadmodum in igne ustus pilus, tamquam existente crispitudine contractione propter indigentiam humidi a circum-

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 15 autem^2] + καὶ 16 habere] *om.* evaporans humidum *(ZPYO^{c}Ξ)*] *om.* 17 exsiccabile] ἐυξήραντον

Ap, VbBvFaCe 3 autem *om. Ce* 5 terrestris — magnitudinem *om. Bv*^{1}*Ce* 7 que — desiccatur] cito desiccata *Ap* 8 pinguis + vel viscosa *Ap* 9 pingue] viscosum *Ap* 10 grossorum *Ap* 12 est *om. Ap* 14 hec *om. ApVb*^{1} 16-17 evaporans — cause *om. Ap* 19 pingue] viscosum *Ap* 23 fuerit] fiunt *Ap* : fuit *Ce* calida *om. Ce* 27 cripitati *Ce* 31 ustus] combustus *ApCe* 32 humida circumstante *Ce*

dante caliditate. Signum autem quia et duriores qui crispi pili 782b30
rectis sunt : siccum enim durum. Rectorum autem pilorum
quecumque humiditatem habent multam : fluens enim sed non
sistens provenit in hiis humidum. Et propter hoc qui in Ponto
5 Scythe et Thrakes rectorum pilorum : et enim ipsi humidi et qui
continens ipsos aer humidus : Ethyopes autem et qui in calidis 782b35
crisporum pilorum : sicca enim cerebra et aer continens. 783a1

Sunt autem quedam grossiorum pellium subtilium pilorum
propter dictam causam prius : quanto quidem enim subtiliores
10 fuerint pori, tanto subtiliores necessarium fieri pilos. Propter
quod ovium genus tales habet pilos : lana enim pilorum multitudo 783a5
est. Sunt autem quedam animalium que mollem quidem habent
pilum, minus autem subtilem, quale quod leporum ad id quod
ovium passum est. Talium enim superficialis pilus pellis. Propter
15 quod longitudinem non habet, sed accidit simile sicut que a linis 783a10
carpinata : et enim hec longitudinem quidem nullam habent,
mollia autem sunt et non suscipiunt plicaturam. Oves autem
que in frigidis contrarium passe sunt hominibus : Scythe enim
mollium pilorum, oves autem Sauromatice durorum pilorum.
20 Huius autem causa idem quod et in silvestribus omnibus. Frigidi- 783a15
tas enim indurat quia desiccat inspissans : expulso enim calido
simul evaporat humidum et fiunt et pili et pellis terrestre et
durum. Causa autem silvestribus quidem que deforis habitatio,
hiis autem locus talis existens. Signum autem et quod in pontinis 783a20
25 ericiis accidit, quibus utuntur ad strangurias. Et enim hii quia
sunt in frigido mari propter profunditatem (secundum sexaginta
enim et adhuc pluribus fiunt passibus), ipsi autem parvi, spinas
autem magnas habent et duras : magnas autem propter hic
corporis augmentum versum esse (existentes enim pauci caloris 783a25

E (ZPSYO^{c}Ξ) 6 continens *(ZSPYO^{c})*] περὶ (= Γ^{1}) et *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 7 sicca (ξηροὶ)] dura Γ^{1} (= σκληροὶ) 8 grossiorum pellium *(Sb)*] παχυδέρμων (= Γ^{1}) 10 tanto *(ZPYO^{c})*] τοσοῦτον 14 pilus *(ZΞ)*] ἢ πέριξ (= Γ^{1}) 17 suscipiunt (δέχεται)] habet Γ^{1} 27 autem] μὲν

Ap, VbBvFaCe 1 pili + et *Ap* 2 autem] -que *Ce* 6 continens] circa *Ap* et *om. Ap* 7 sicca] dura *Ap* 8 grossorum *ApFa*^{1} 12 est *om. Ce* 14 pilus *om. Fa*^{1} : *ante* superficialis *Ce* pilus] aut in circuitu *Ap* 15 habent *ApBv* 16 habent *om. Ce* 17 mollis autem est *Ap* suscipiunt] habet *Ap* 18 passa *Ce* 20 in + genere *Ap* 22 et^{2}] etiam *Ap* : *om. Bv* 24 in *om. BvFaCe* 25 hiis *Vb* : *om. Fa*^{1}

et non digerentes alimentum multum superfluum habent, spine autem et pili et talia fiunt ex superfluitate), duras autem et lapideas propter frigiditatem et congelationem. Eodem autem
783a30 modo et alia que nascuntur duriora accidit fieri et terrestriora et magis lapidea que in hiis que ad boream quam in hiis que ad austrum et que exposita ventis hiis que in concavis : infrigidantur enim omnia magis et evaporat humidum. Indurat quidem igitur et
783a35 calidum et frigidum : evaporare enim ab ambobus accidit humidum, a calido quidem enim per se a frigido autem secundum accidens (cum calido enim coegreditur : nullum enim humidum
783b1 sine calido). Sed frigidum quidem non solum indurat sed et inspissat, calidum autem rariora facit.

Propter eandem autem causam et senioribus factis pilos quidem habentibus duriores fiunt pili, plumosis autem et squamosis
783b5 plume et squame. Pelles enim fiunt duriores et grossiores seniori- bus factis : desiccantur enim, et senectus est secundum nomen terrea, quia deficit calidum et cum ipso humidum.

Decalvantur autem homines manifeste maxime animalium.
783b10 Est autem aliquid universale talis passio : et enim plantarum hee semper foliate hee autem folia proiciunt, et avium latitantes abiciunt plumas. Talis autem aliqua passio et calvities est in hominibus quibuscumque accidit decalvari : particulariter qui-
783b15 dem enim defluunt folia a plantis omnibus et plume et pili habentibus, cum autem multa fuerit passio, accipit dictas denominationes : decalvari enim dicuntur et foliofluere.

Causa autem passionis defectus humiditatis calide, tale autem maxime humidorum quod pingue : propter quod et plantarum
783b20 pingues magis semper foliate. Sed de hiis quidem in aliis causam dicendum : et enim alia concause talis passionis ipsis. Fit autem plantis quidem in hieme passio (hec enim permutatio principalior etate) et latitantibus animalium (et enim hec minus hominibus

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 1 alimentum *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^1) 5 ad boream *(YO^c)*] *προσβόρροις* 8 evaporare *(Z)*] *ἐξατμίζεσθαι* 12 rariora *(SYO^c)*] *μανότερον* 20 hee^1] + *μὲν* 23 defluunt] + *καὶ* 31 hec minus hominibus *(ZPYO^c)*] *ταῦτα ἧττον E* : *ταῦτα τῶν ἄνθρωπων ἧττον S (cf. Γ^1)*

Ap, VbBvFaCe 1 alimentum *om. Ap* 10 coegreditur *om. Ce* 11 et *om. BvFaCe* 12 autem + animal *Ce* rariora] minora *Fa* : rariora minora *Ce* 14 autem *om. ApFa*^{1} 15 fiunt] sunt *Ce* 16 et] etiam *Ap* 19 aliquo *Ap* 20 et + alium *Ce* latitantes] latibula querentes *Ap* 27-28 pingue ... pingues] viscosum ... viscose *Ap* 29 ipsis + et *Ce* 31 et^1 *om. Ce* hominibus hec minus *Ap*

calida et humida secundum naturam sunt), homines autem eta- 783b25
tibus hiemem et estatem agunt. Propter quod ante luxuriari non
fit calvus nullus : tunc autem talibus secundum naturam magis.
Cerebrum enim est natura frigidissimum corporis, luxuriatio au-
tem infrigidat : est enim emissio pure et naturalis caliditatis. 783b30
Rationabiliter igitur cerebrum sentit primo : debilia enim et
prave habentia sunt modica causa et inclinatione. Quare si quis
analogizet quod ipsum cerebrum pauce caliditatis, adhuc autem
necessarium que in circuitu pellem talem esse magis, et hac
pilorum naturam, quanto plus elongata est, rationabiliter utique 783b35
videbitur spermaticis circa hanc etatem accidere decalvari. Prop-
ter eandem autem causam et secundum capitis anterius solum 784a1
fiunt calvi et animalium homines soli : anterius quidem enim,
quia hic cerebrum, animalium autem solum, quia multo maius
habet cerebrum et maxime humidum homo. Et mulieres non
decalvantur : similis enim natura ei que puerorum : ambo enim 784a5
sunt agona spermatice emissionis. Et eunuchus non fit calvus
propter permutari in femellam. Et pilos qui posterius aut non
nascuntur aut abiiciunt, si existant habentes eunuchi, nisi pec-
tinis : et enim mulieres hos quidem non habent, hii autem in 784a10
pectine nascuntur. Orbatio autem hec ex masculo in femellam
est permutatio.

Eius autem quod est latitantia quidem iterum hispida fieri et
quorum folia defluxerunt iterum nasci folia, calvis autem non
renasci iterum, causa quia hiis quidem hore versiones sunt cor- 784a15
poris magis, quare quoniam permutantur hee, permutant et
nasci et abicere in hiis quidem plumas et pilos, folia autem plante.
Hominibus autem secundum etatem fit hiemps et estas et ver et
autumpnus, itaque quoniam etates non permutantur neque 784a20
passiones que propter has permutantur, equidem causa simili
existente. Et circa alias passiones pilorum fere dictum est.

E (ZPSYO^{c}Ξ) 4 frigidissimum *(ZP)*] ψυχρότερος 10 utique *(ZP)*] *om.* (= Γ^{1}) 20-21 hii ... nascuntur] τὰς ... φύουσιν 27 in hiis (τοῖς *Z*)] τοὺς

Ap, VbBvFaCe 1 secundum naturam *om. Ap* sunt *post* humida *Ce* 3 ullus *Ce* 4 est natura] quam *Ap* frigidissimum natura *Ce* luxuriari *Bv* : luxuriare *Fa* 6 igitur] enim *Ce* et *om. ApVbCe* 10-11 utique videbitur] putabit *Ap* 11 spermaticas *Ap* : spermatis *Bv* : spermaticis *post* 10 est *Ce* etatem hanc *Ce* 12 secundum *om. Ap* 14-15 animalium — cerebrum *om. Ap* 17 agona + vel sterilia *Ap* 19 existunt *Bv* : constant *Ap* 21 ex *om. Ap* 25 causa + autem *Ce* 26 quoniam] cum *Ap* 31 alias] aliquas *Bv* : has *Ce*

[4] Colorum autem causa aliis quidem animalibus, et huius
784a25 unius coloris esse et huius varii, pellis natura ; hominibus autem nichil nisi canorum, non eorum que propter senectutem, sed eorum que propter infirmitatem : in vocata enim alba albi fiunt pili : si autem pili fuerint albi, non consequitur pelli albedo.
Causa autem quia pili ex pelle nascuntur : languente igitur et
784a30 subtiliata pelle et pilus simul languet ; languor autem pili canities est. Canities autem pilorum propter etatem fit propter imbecillitatem et defectum caliditatis. Et enim etas omnis declinat declinante corpore et in senectute ad frigiditatem : senectus enim
784a35 frigida et sicca est. Oportet autem intelligere quod alimentum quod ad unamquamque particulam pertingit digerit quidem
784b1 propria caliditas, impotente autem corrumpitur et orbatio fit aut languor. Certius autem de tali causa posterius dicendum in hiis que de augmento et alimento. Quibuscumque igitur hominum natura pilorum est pauci caloris et amplior est ingrediens
784b5 humiditas, propria caliditate non potente digerere putrefit ab ea que in continente caliditate. Fit autem putrefactio a caliditate quidem omnis, non complantata autem, sicut dictum est in alteris. Est autem putrefactio et aque et terre et corporalium
784b10 omnium talium, propter quod et terrestris vaporis ut puta dictus ebros : et enim ebros est putrefactio terrestris vaporis. Quare et in pilis tale existens alimentum non digestum putrefit, et fit vocata canities. Alba autem, quia et ebros solum putridorum, ut est dicere album est. Causa autem huius quia multum habet
784b15 aerem : omnis enim terrestris vapor habet virtutem aeris grossi. Quasi enim contraversum pruine ebros est ; si quidem enim congeletur ascendens vapor, pruina fit, si autem putrefiat ebros. Propter quod et in superficie sunt ambo : vapor enim supernatans.
784b20 Et bene itaque poete in comediis transferunt deridentes, canos vocantes senectutem ebrota et pruinam. Hoc quidem enim generi hoc autem speciei idem est ; pruina quidem enim generi (vapor enim ambo), ebros autem speciei (ambo enim putredo).

E (ZPSYO^{c}Ξ) 6 languente] ἐκ νενοσηκότος 31 et *(ZP)*] *om.* (=Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 11 autem] enim *Ce* 12 unumquodque *Ap* particula *Ap* pertingit + quid *Ap* 14 aut] et *Ce* 16 est^{1}] etiam *Ap* coloris *ApVb* 17 potente] potestate *Ce* putrescit *ApCe* 20 aliis *Fa* terre et aque *Ce* 22 ebros^{1}] fbres (?) *Ap* : elixis *FaCe* 27 quasi] quare *Ce* est] et *Ce* 31 et *om. ApVbFaCe* enim *om. Ce*

Signum autem quod tale est : et enim ex languoribus multis cani nati sunt, posterius autem curatis nigrescet utique aliquid 784b25 horum. Causa autem quia in infirmitate, quemadmodum totum corpus in defectu naturalis caliditatis est, sic et aliarum particularum etiam valde modica participant infirmitate hac. Superfluum autem multum fit in corporibus et particulis : propter quod quidem que in carnibus indigestio facit canos. Curati autem 784b30 et validi iterum permutant et fiunt ut ex senibus iuvenes ; propter quod et passiones simul permutant. Recte autem habet dicere languorem quidem esse senectutem acquisitam, senectutem autem languorem naturalem : faciunt igitur languores aliqui eadem que et senectus.

In temporibus autem canescunt primo. Posteriora quidem 784b35 enim vacua humiditate sunt propter non habere cerebrum, 785a1 bregma autem multam habet humiditatem ; quod autem multum non facile putrescibile. Qui autem in temporibus pili neque sic modicum habent humidum ut digerant neque sic multum ut non putrescant : medius enim existens locus amborum extra 785a5 ambas passiones est. De canitie quidem igitur hominum dicta est causa.

[5] Aliis autem animalibus eius quod non est fieri propter etatem hanc permutationem notabiliter eadem causa que dicta est et in calvitie : modicum enim habent et humidum cerebrum, 785a10 ut non impotens sit calidum ad digestionem. In equis autem ipsorum notatur maxime eorum que scimus animalium, quia subtilissimum os ut secundum magnitudinem habent circa cerebrum aliorum. Argumentum autem quia occasionabilis fit ipsis plaga que in locum hunc : propter quod et Homerus sic fecit : 785a15 Ut primi pili craneo equorum innascantur, maxime autem occasionabile est. Facile igitur affluente humiditate propter subtili-

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 2 utique aliquid (= ἄν τι)] ἀντὶ 3 quemadmodum] + καὶ 6 in *(ZPSYO^{c})*] *om.* 8 et fiunt — iuvenes *(ZPSYΞ)*] *om.* 9 habet] + καὶ 29 primi *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 multis *om. Ap* 3 in *om. Ce* quemadmodum *om. Ce* 4 est + et *Ap* : *om. Bv* 7 digestio *ApBv* : que digestio *Ce* canos facit *Ce* 11 languorem] seniorem *Ap* igitur] autem *Ce* 18 putrescant *scripsi* : putrescat *codd.* 19 igitur] enim *Fa* : *om. BvCe* 25 eorum *om. Ap* quia] quod *Ap* : quodque *Ce* 27 autem *om. Ce* ocacsionabilis] mortalis *Ap* 28 hunc] habet *BvCe* 29 primi *om. Ap* nascantur *Ce* 29-30 occasionabile] periculosum *Ap*

tatem ossis, caliditate autem deficiente propter etatem incanes-
785a20 cunt pili hii. Et pili rufi canescunt velocius nigris : est enim rufedo
tamquam infirmitas pili, debilia autem senescunt omnia velocius.
Nigriores autem fieri senescentes dicuntur grues. Causa autem
utique erit passionis esse naturam plumarum ipsarum natura
albiorem, plus autem senescentium esse humidum in pennis
785a25 quam ut facile putrescibile magis sit.

Quia autem fit canities putredine quadam, et quia non est,
quemadmodum putant quidam, exsiccatio, signum prioris dicti
tectos pilos pilleis aut operculis canescere citius (spiritus enim
prohibent putrefactionem, coopertura autem non perflabile
785a30 facit) et auxiliari unctionem eam que aque et olei mixtorum.
Aqua quidem enim infrigidat, oleum autem mixtum prohibet
desiccari cito : aqua enim facile desiccabilis. Quod autem non
est exsiccatio, neque quasi exsiccata herba alba efficitur, sic et
pilus, signum quia nascuntur statim quidam cani : desiccatum
785a35 autem nullum nascitur. Albi autem efficiuntur multi in extremo :
785b1 in extremis enim et tenuissimis minima caliditas inest.

Aliis autem animalibus quibuscumque fiunt albi pili, natura
sed non passione accidit fieri hoc. Causa autem colorum pellis
aliis : alborum quidem enim alba pellis, nigrorum autem nigra,
785b5 variorum autem et factorum ex commixtione hac quidem alba,
hac autem nigra videtur existens. In hominibus autem nulla
causa pellis : et enim albi valde nigros habent. Causa autem quia
subtilissimam omnibus pellem homo habet, ut secundum magni-
tudinem, propter quod nichil potest ad pilorum permutationem,
785b10 sed propter imbecillitatem pellis ipsa permutatur colore, et fit
sub sole et spiritibus nigrior ; pili autem nichil permutantur.
In aliis autem pellis loci habet virtutem propter grossitiem :

E (ZPSYO^{c}Ξ) 2 enim] + καὶ 9 *et* 15 exsiccatio (αὔανσις)] refloricio Γ^{1} (? αὖ ἄνθησις) 11 non perflabile (ἄπνοιαν)] aperturam Γ^{1} (? ἄνοιγμα) 27 pellis] + καὶ 29 grossitiem *(ZPSYΞ)*] πάθος

Ap, VbBvFaCe 4 dicitur *Ap* : *om. Vb* 8 fit *om. Ce* 9 exsiccatio] refloriciei (*leg.* refloricio ?, cf. 15) *Ap* primis *Ap* 11 non perflabile] aperturam *Ap* 13 mixtum] motum *Ap* 15 est *om. Ce* exsiccatio[1]] reflexitio (*leg.* refloricio ?) *Ap* exsiccatus viror album *Ap* : exsicatus hec alba efficitur *Bv* : exsiccata herba efficitur *Vb* : exsiccatus, alias hirca alba effici ut albam efficitur *Ce* 18 et *om. Ce* remissimis *Ap* est *Ce* 21 aliis + autem animalibus *Ap* autem nigrorum *Ap* 22 commensuratione *Ap* 22 *et* 23 hac] hec *Ap* : hic *Vb (bis)* 23 nulla + enim *Ce*

propter quod pili quidem secundum pelles permutantur, pelles 785b15
autem nichil secundum spiritus et solem.

[6] Animalium autem hec quidem sunt monokhroa (dicuntur autem monokhroa quorum genus totum unum colorem habet, ut leones rufi omnes ; et hoc in avibus et piscibus est et aliis animalibus similiter), hec autem polykhroa quidem, olokhroa autem 785b20
(dico autem quorum corpus totum eundem habet colorem, qualis est bos totus albus et totus niger), hec autem varia. Hoc autem dupliciter, hec quidem genere, ut pardalis et pavo, et piscium quidam, ut vocate thratte : horum autem genus quidem totum non varium, fiunt autem, ut boves et capre, et in avibus ut co- 785b25
lumbe : et alia autem genera idem patiuntur avium. Permutant autem que olokhroa multo magis quam monokhroa, et in alium colorem simplicem, ut ex albis nigra et ex nigris alba, et mixta ex ambobus, propter toti generi existere in natura non unum habere 785b30
colorem : facile enim mobile ad ambo existit genus, ut et in ad invicem permutentur et varientur magis. Monokhroa autem contrarium : non enim permutantur utique nisi propter passionem, et hoc rarum : iam enim visa est perdix alba et corvus et passer 785b35
et ursus. Accidunt autem hec cum in generatione permutantur : facile enim corruptibile et facile mobile quod modicum, quod 786a1
autem fit tale : in modico enim principium hiis que fiunt.

Maxime autem permutantur et que natura olokhroa quidem existentia, genere autem polykhroa propter aquas : calide qui- dem enim album faciunt pilum, frigide autem nigrum, quem- 786a5

E (ZPSYO^{c}Ξ) 1 pelles^1 *(Sb)*] τὸ δέρμα (= *Vb*) 3 dicuntur] λέγω 6 similiter *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^1) 11 autem] + ποικίλοι *(cf. Vb)* 12 avium *(ZSYO^c)*] τῷ τῶν ὀρνίθων (= Γ^1) 13 in alium *(Z)*] εἰς τὴν ἀλλήλων (= Γ^1) 14 colorem (χρόαν)] regionem Γ^1 (= χώραν) 16 existit *(PSEO^c)*] ὑπάρχει ... ὄν *(cf. Γ^1)* 19 visa est *(O^c)*] + καὶ 23 olokhroa *(m)*] μονόχροα (= Γ^1)

Ap, VbBvFaCe 1 pelles^1] pellem *Vb* 3 monokhroa] μονοχροα *Ap* 4-6 quorum — polykhroa *om. Ap*^{1} 5 est *om. Ap*^{2} et^3 + in *Ce* 6 similiter *om. Ap*^{2} 9 duplex *Ce* pavo] ταως *Ap* 10 quidam] quidem *Ce* θρατται *Ap* 11 autem + generis quedam *Vb* ut^2 *om. Ce* 12 avium] ei quod avium *Ap* 13 et *om. Ap* 13-14 alium colorem] eam que invicem regionem *Ap* 16 existit] est existens *Ap* : existens *Vb* et *om. Ce* in *om. Bv* 18 nisi] ut *Bv* : ubi *Ce* 19 cornicula *Ap* 20 accidit *BvCe* permutantur] vertantur *Ce* 21 modicum + et *Ce* 22 in modico] que modicum *Ce* 23 et que *om. Ap* olokhroa] monokhroa *Ap* 24 existentia] existentie *Ce* : entia *ApVb*

admodum et in plantis. Causa autem quia calide plus habent spiritus quam aque, aer autem perlustrans albedinem facit sicut et spumam. Differunt quidem igitur, quemadmodum et pelles que propter passionem alba ab hiis que propter naturam, sic et
786a10 in pilis que propter languorem aut etatem, et que propter naturam albedo pilorum eo quod causa altera sit : hos quidem enim naturalis caliditas facit albos, hos autem aliena. Album autem vaporosus aer exhibet inclusus in omnibus. Propter quod et quecumque
786a15 non monokhroa sunt que sub ventre omnia albiora sunt. Et enim calidiora et delectabiliorum carnium omnia alba sunt, ut est dicere, propter eandem causam : digestio quidem enim dulcia facit, digestionem autem calidum. Eadem autem causa monokhrorum quidem, nigrorum autem aut alborum : caliditas enim
786a20 et frigiditas causa nature pellis et pilorum : habet enim quelibet partium caliditatem propriam.

Quod autem lingue differunt simplicium et variorum, et simplicium quidem differentium autem, ut alborum et nigrorum. Causa quod dictum est prius, quia pelles varie variorum, et eorum que
786a25 albi pili et eorum que nigri pili, horum quidem albe, horum autem nigre. Linguam autem oportet existimare sicut unam particulam extrinsecorum esse, non quod in ore velatur, sed ut manum aut pedem : quare quoniam variorum pellis non unius coloris et eius que in lingua pellis hec causa.

786a30 Permutant autem colores et avium quedam et quadrupedum silvestrium quedam secundum horas. Causa autem quia sicut homines secundum etatem permutantur, sic illis accidit secundum horas : maior enim differentia hec quam eius que secundum etatem versionis.

786a35 Sunt autem et panfagotera magis varia ut ad multitudinem
786b1 est dicere rationabiliter, ut apes monokhroa magis quam anthrene et vespe : si enim alimenta cause permutationis, rationabiliter

---

E (ZPSYO^{c}) 5 aut] + *καὶ* 12 causa] + *καὶ* 16 quod autem lingue *(Z)*] *αἱ γλῶσσαι δ' ἔτι* (= Γ^{1}) 17 causa *(Z)*] + *δὲ* (= Γ^{1}) 24 et^{1} *(ZP)*] *om.* (Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 2 perlustratus *ApBvFa* : plustratus *Ce* 3-5 quidem — propter^{2} *om. Ap* 8 aer *om. Ce* 14 et^{1} *om. Ce* cause *Ce* 16 quod — lingue] et lingue autem adhuc *Ap* 17 causa + autem *Ap* 18 pelles — variorum] varie pelles variorum *Vb* : pelles variorum varie *Ce* 20 oportet] operum *Ce* existimare + esse *Ap* 24 autem *om. Ap* et^{1} *om. ApVb* quadrupedium *ApVbBv* 29 varia] vana *Ap* : maiora *Ce* 30 *ανθρηναι Ap* 31 ves*σφηκε* (!) *Ap* cause — **173**.1 alimenta *om. Ce*

varia alimenta omniformiores faciunt motus et superfluitates alimenti, ex quibus et pili et prima pilatura et pelles fiunt. Et 786b5
de colore quidem et pilis determinatum sit hoc modo.

[7] De voce autem, quia hec quidem gravis vocis animalium sunt, hec autem acute vocis, hec autem boni toni et habentia ad utrosque excessus commensurate, adhuc autem hec quidem magne vocis, hec autem parve vocis, et levitate et asperitate 786b10
et facili flexibilitate et inflexibilitate differentia invicem, considerandum propter quas causas existit horum unumquodque. De acumine quidem igitur et gravitate eandem causam putandum esse quam quidem in permutatione qua permutantur iuniora existentia et seniora. Alia quidem enim omnia iuniora existentia 786b15
acutius enuntiant, boum autem vituli gravius. Idem autem accidit et in masculis et in femellis : in aliis quidem enim generibus femella acutius clamat masculo (maxime autem manifestum in hominibus hoc : maxime enim hiis virtutem hanc assignavit 786b20
natura, quia sermone utuntur soli animalium, sermonis autem materia est vox), in bobus autem contrarium : gravius enim femelle mugiunt tauris. Cuius quidem igitur gratia vocem habent animalia et quid est vox et totaliter sonus, hec quidem in hiis que de sensu dicta sunt, hec autem in hiis que de anima. Quoniam 786b25
autem grave quidem est in tardum esse motum, acutum autem in velocem, tardi autem aut velocis utrum quod movens causa aut motum, habet quandam dubitationem. Aiunt enim quidam multum quidem tarde moveri, paucum autem cito, et hanc cau- 786b30
sam esse eius quod est esse hec quidem gravis vocis, hec autem acute vocis, dicentes usque ad aliquid bene, totaliter autem non bene. Genere quidem enim recte videtur dici grave in magnitudine quadam esse eius quod movetur. Propter hoc enim et parvum et grave proferre non facile, similiter autem neque magnum et acutum. Et videtur generosioris esse nature gravedo vocis, et 786b35

E (ZPSYO^{c}Ξ) 2 prima pilatura (?)] *πτίλα* (= Γ^{1}) 3 de colore *(ZYO^{c}Ξ)*] *περὶ ... χρωμάτων* 14 in^{2}] *om.* 23 tardi ... aut velocis *(O^{c})*] *βραδέως ἢ ταχέως* 29 propter hoc enim (? *διὰ γὰρ τοῦτο* : *cf. Z)*] *εἰ γὰρ τοῦτο* (= Γ^{1}) 30 magnum *(ZΞ)*] *βαρὺ* (= Γ^{1})

Ap, VbBvFaCe 1 vana *Ap* 2 prima pilatura] *πτιλα Ap* 6 egressus *Ap* 9 horum *om. Ce* 12 iuniora] minora *Ce* 15 manifestum] masculum *Ce* 16 assignavit hanc *Ce* 20 quid] quidem *Ce* 22 motum] vocum *Ap* 24 enim *om. Ce* 28 enim] nec *Ce* 29 propter — enim] si enim hoc *Ap* et *om. BvCe* 30 magnum] grave *Ap* 31 et^{1}] neque *Ce*

787a1 in membris quod grave robustorum melius : perfectum enim in excessu, gravitas autem excessus quidam. Sed quoniam est alterum grave et acutum in voce a magnifonia et parvifonia
787a5 (sunt enim et oxyfona magnifona, et parvifona gravifona eodem modo), similiter autem et secundum medium tonum horum : de quibus quo utique quis alio determinabit (dico autem magnifoniam et parvifoniam) quam multitudine et paucitate eius quod movetur ? Si igitur secundum dictam determinationem erit acutum et grave, accidet eadem esse gravifona et magnifona
787a10 et oxyfona et microfona. Hoc autem falsum. Causa autem quia magnum et parvum et multum et paucum hec quidem simpliciter dicuntur, hec autem ad invicem. Magnifona quidem igitur sunt in eo quod multum simpliciter est quod movetur, microfona
787a15 autem in eo quod paucum, gravifona autem et acutifona in eo quod ad invicem hanc habeant differentiam. Si quidem enim excedat quod movetur moventis vigorem, necesse tarde ferri quod fertur, si autem excedatur, cito. Potens autem propter vigorem aliquando quidem multum movens tardum facit motum,
787a20 aliquando autem quia prevalet celerem. Secundum eandem autem rationem et moventium debilia hec quidem moventia plus virtute tardum faciunt motum, hec autem propter infirmitatem modicum moventia celerem.

Cause quidem igitur contrarietatum hee, eius quod neque omnia iuniora acutifona esse neque gravifona, neque seniora,
787a25 neque masculi et femelle, adhuc autem et laborantes acute loqui et corpus bene habentes, adhuc autem et senes factos magis fieri acutioris vocis, etate contraria existente ei que iuvenum.

Plurima quidem igitur iuniora existentia et feminina propter
787a30 impotentiam paucum moventia aerem acutifona sunt : cito enim

---

E (ZPSYO^{c}Ξ) 2 quoniam *(Y)*] ἐπειδὴ 10 hoc autem falsum *(ZPΞ)*] *om.* (= Γ^{1}) 14 in^{1} *(Z^{2})*] *om.* (= Γ^{1}) 14 eo quod^{1} (τῷ *ZPO^{c}*)] *om.* (= Γ^{1}) 19 autem^{2} *(ZPS)*] *om.* (= Γ^{1}) 25 et laborantes acute loqui *(ZPSYO^{c})*] καὶ τοῦ τοὺς κάμνοντας ὀξὺ φθέγγεσθαι

Ap, VbBvFaCe 1 quod] et *Ce* 3 megalofonia et microfonia *ApVb* 4 sunt — parvifone *om. Ce* et^{1} *om. ApBvFa^{1}* magnifona et parvifona] megalofona *(om. Ap)* et microfona *ApVb* 6-7 megalofoniam (megafoniam *Ap*) et microfoniam *ApVb* 9 et magnifona *om. Ce* 10 hoc — falsum *om. Ap* 13 simpliciter *om. Ce* 14 in eo quod^{1} *om. Ap* 17 exceditur *Ap* 19 quia *om. Ap* autem^{2} *om. Ap* 25 et^{1}] neque *Ce*

paucus fertur, quod autem cito acutum in voce. Vituli autem et boves femelle, hii quidem propter etatem, hee autem propter naturam femelleitatis, non robustam habent particulam qua movent, multum autem moventia gravifona sunt : grave enim 787b1
quod tarde movetur, multus autem aer fertur tarde. Multum autem movent hec, alia autem paucum, propter vas per quod primo fertur spiritus, eo quod hec quidem distantiam habent magnam et multum aerem coguntur movere, alia autem bene 787b5
aptatum habent. Procedente autem etate roboratur hec particula movens in singulis, quare permutantur ad contrarium, et que quidem magis acutifona gravioris vocis fiunt ipsa se ipsis, que autem gravifona acutioris vocis : propter quod quidem tauri acutioris vocis vitulis et femellis bobus. Est quidem igitur vigor 787b10
omnibus in nervis, propter quod et que in statu existentia magis valent. Iuniora enim minus articulata et minus nervosa. Adhuc autem iuvenibus quidem nondum intensa est, hiis autem que senuerunt remissa est virtus : propter quod ambo debilia et impotentia ad motum. Maxime autem tauri nervosi, et cor ; 787b15
